Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Samuel Tromsdorff Johann Franz Buddeus

M. Joan. Samuel. Tromsdorffi[i], In Alma Erfurtensi Prof. Publ. Eccles. Andreanae Pastoris & Rev. Ministerii Assessoris, piae memoriae, Theologia di olign : res selectissimas ad Theologiam Revelatam Positivam, Polemicam, Moralem atque Consolatoriam spectantes in compendiosissimo compendio exhibens : Lectionibus Academicis accommodata, Censura & approbatione ...

Hanoverae: Apud Nicolaum Foersterum, MDCCXIX.

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Fa-3351 1,2

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0002
DFG

Joh. Bachmann.
Berlin, 1852.

Ex
Bibliotheca
Academiae
Rostochiensis

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0003
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0004
DFG

M. IOAN. SAMUEL. TROMSDORFFI,
In Alma Erfurtensi Prof. Publ. Eccles. Andreanae Pastoris & Rev. Ministerii Assessoris,
piae memoriae,

THEOLOGIA ΔΙ ΟΛΙΓΩΝ

res selectissimas
ad
Theologiam Revelatam

Positivam, Polemicam, Moralem
atque Consolatoriam
spectantes
in compendiosissimo compendio

exhibens,
Lectionibus Academicis accommodata,
Censura & approbatione
Summe Venerandi
IO. FRANCISCI BUDDEI, Theol. D. & P. P.
munita,
Allegatis e MSSto B. Autoris aucta
& publicæ luci denuo data.

HANOVERAE,
Apud NICOLAUM FOERSTERUM,
M DCC XIX.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0005
DFG

Censura Theologi summi,

Dn. Joh. Francisc. Buddei,

primæ editioni, dum adhuc in vivis esset Autor incomparabilis, præmissa.

LECTORI BENEVOLO S.



Vi hancce Theologiam δι ὀλίγων tibi exhibet, auctor doctissimus, & in publico munere constitutus,

tutus, cauſſas grauiſſimas habet, cur nomen ſuum ignorari velit. A me autem facile impetrauit, vt a me lectum, & adprobatum, libellum, publice ſignificarem, cum in eo nihil deprehendatur, quod a recepta eccleſiae noſtrae doctrina, librisque ſymbolicis, alienum ſit. Quin potius praeſtantiſſimorum eccleſiae noſtrae theologorum veſtigia vbique accurate preſſit, omnique ſtudio, id dedit operam, vt ὑποτύπωσιν τῶν ὑγυαινόντων λόγων ſeruaret. Nec contemnendum quis hunc eius

eius laborem existimauerit, etsi quibusdam supervacaneum videri poterat, ex compendiis noua concinnare compendia. Studiorum namque haec est ratio, vt memoriae quoque consulendum sit. Tanta Theologiae amplitudo est, vt cuncta mente complecti, quae eius corpus constituunt, difficile sit, nisi summa capita velut in tabula exhibita saepius repetantur, quo ipso & ne cetera, quae cum illis coniuncta sunt, excidant, efficitur. Laudem insignem isti pro-

merentur, qui aliorum saltem inseruire vtilitati, aut iuuentutis promouere commoda, instituunt. Quod cum diuersa ratione fieri queat, non vnius quoque generis libris opus est. Faxit DEVS, vt ex hocce etiam libro vberrimos ecclesia nostra fructus percipiat.

Ienae, die XIX. Febr.
MDCCVIII.

IO. FRANCISCVS BVDDEVS,
Theol. D. & P.P.

PRÆFA-

Præfamen Editoris.

Compendiosa scribendi ratio in Ecclesia Dei jam olim erat usitata, hodienum est usitata, & ad finem usque mundi manebit usitata. In ecclesia Veteris Testamenti e multis duntaxat duodecim *Prophetas minores*, a voluminibus minoribus secundum *Augustinum* (a) ita dictos, (quamvis

(a) *Calov. Bibl. V. T. illustr. Tom. II. p. 5.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0011
DFG

vis enim Hoseas & Zacharias numero capitum excedant Danielem, tamen capita eorum sunt breviuscula, Danielis autem prolixiora;) adduxisse sufficiat. In ecclesia novi fœderis placuit hic mos Apostolis, quod ex ipsorum epistolis maximam partem compendiosis & *D. Petri verbis, 1. Epist. V. 12.* δι ὀλίγων ἔγραψα *paucis scripsi*, (e quibus titulus quoque præsentis libelli mutuatus est,) cuivis ad oculum patet: placuit idem Theologis sequentium & potissimum posteriorum seculorum, inde

de tot *capitula*, *pædagogi-as*, *ſummulas*, *ſententias*, *enchiridia*, *compendia*, *ſyn-tagmata*, *breviaria*, *brevi-culos*, *catecheſes*, *inſtitutio-nes*, *introductiones*, *manua-lia*, *memorialia*, *epitomas*, *ſynopſes*, *nucleos* & ſimilia invenire licet, ut pagellæ præfationi huic deſtinatæ ne nomina quidem horum Epi-tomatorum capiant, quo-rum plurimi Theologiam poſitivam tantum, paucio-res polemicam ſimul, pau-ciſſimi ſumme neceſſariam moralem ac conſolatoriam poſitivæ & pol. junctam tra-

didêre, quilibet tamen eorum habita temporis & auditorum ratione donis divinitus sibi concessis Theologiæ Studiosis & ecclesiæ haud inutiliter inserviit: *Maximopere quippe confert, primo statim Theologici studii anno quandam* σωματοποίησιν ac σύνοψιν *totius doctrinæ cœlestis ex libello quodam methodico addiscere, (hæc est Theologia catechetica,) eandem animo probe infigere, memoria complecti, & perpetuo in animo secum circumferre, ut quicquid postea in toto Theologici studii decursu occurrit, ad sedem pro-*

propriam & ſuum quaſi locum referre quis poſſit. (b) Cum ergo & præſens opuſculum hucusque in calamum dictatum & uberius in diſcurſibus explanatum, eo quod tempori, (dum enim tempus exiguum prælectioni aut ſcriptioni impendebatur omne reliquum ſcripturarum ſacrarum ſcrutinio, demonſtrationibus, diſputationibus, ſyſtematum Theologicorum commendationi ac evolutioni aliisque ſtudiis proficuis feliciſſime deſtinari poterat,)

(b) *Verba ſunt* J. Gerhardi, *in nunquam ſatis laudanda* methodo ſtudii Theol. cap. V. p. 159.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0015
DFG

rat,) memoriæ & ſumptibus conſulat, ab amicis quibusdam prelo dignum æſtimatum fuerit; idem compendioſiſſimum compendium impoſterum quoque nemini fore diſpendium, quin potius a quibusdam non inutiliter teri ac uſurpari poſſe, in Chriſto ſpes eſt. *Quemadmodum enim illi, qui certam & accuratam viarum ac compendiorum in viis faciendorum notitiam habent, citius ad metam perveniunt, quam qui per ſylvas ſaltusque & inhoſpita tesqua ferarum, per montes, per aquas*

&

& *per prærupta vagantur*: *ſic longe felicius ac facilius in Theologiæ ſtudio ad præfixam perveniunt metam, qui per* talismodi compendia *progrediuntur* & εὐκαίρως *omnia tractant, quam qui citra ullam ordinis rationem ac citra omnem delectum in* percurrendis *veteribus* & *recentioribus ſcriptoribus ſummo labore occupantur.* (c) Oro autem *DEUM Trinunum*, qui omnipotente *creatione angelos* hominesque *imagine* ſua dignatus eſt, qui *providen-*

(c) Gerhard. l. c. p. 7.

dentia paterna cuncta gubernat, potentia credentes ad *beatitudinem* custodit, & justitia incredulos *æternum damnat*, qui *mortuos* aliquando *resuscitabit*, resuscitatosque juste *judicabit*, ut nos, qui natura filii iræ sumus & Divinam Ipsius Majestatem *peccatis* sæpe offendimus, æterna sua *gratia* in *Christo* per *fidem regenerare*, regeneratos *justificare* & justificatos *renovare* ac in omni opere bono absolutos reddere velit, quo per salutarem *verbi* & *sacramentorum*

rum usum sanctificati *electionem* nostram firmam efficere studeamus, & *ecclesia* Ipsius porro per *Ministerium* verbi collecta sub *Magistratu* benedicto piis *conjugibus* atque familiis adaugeatur. (d) *Crescit infirmitas naturæ humanæ in hac mundi senecta, & simul rabies in Diabolis crescit, quia sciunt brevi instare judicium, in quo ipsorum turpitudo omnibus Angelis & hominibus clare ostendetur. Ideo Te Fili DEI, Domine JEsu Christe, crucifixe*

(d) Melanchthon *Locorum Theol. ult. de Conjug. p. 811.*

fixe pro nobis, & resuscitate, oro, ut nos, ut adolescentiam, ut familias nostras regas & ad castitatem & veram invocationem æterni Patris pectora nostra Spiritu sancto Tuo flectas, Amen.



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0020
DFG

בע"ה (a)

THEOLOGIA REVELATA
ΔΙ' Ο'ΛΙΓΩΝ (b)
ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΩΝ

CAPUT I.
De Theologia in genere.

§. I. *De Definito.*

THeologiæ vox, cujus concretum in ἐπιγραφῇ *Apocalypseos* (c) occurrit, abstractum (d) vero a seculo II. hucusque apud Doctores Ecclesiæ; græcæ cum primis, usitatum fuit. *significat* λόγον περὶ τοῦ Θεοῦ, & sumitur vel pro Archetypa (e) quæ est cognitio, qua DEUS seipsum

A

(a) Vid. *Buxtorff.* Abbrev. p. 59.
(b) Denominatione desumta ex *1. Pet. V, 12.*
(c) *Calov.* Bibl. Illustr. Proleg. in Apocal. p. 1704. & 1709.
(d) de Abstracto vid. *Bajeri* Theol. Posit. p. 2. & *Gerhard.* Isagog. p. 1.
(e) *Gerh.* Isag. p. 4.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0021
DFG

psum perfectissime cognoscit, *1. Cor. II, 10.* (scrutatur enim Spiritus profunditates Dei non ἰδίως sed ἀνθρωπίνως, & absolutissimam mysteriorum Dei habet scientiam, contra Macedonium Sec. IV.) (e) *Matth. XI, 27.* (neque hic excluditur Spiritus S. qui patrem cognoscit, *1. Cor. II, 10.* & Filium *Joh. XV, 26.*) Atque hæc Christo homini communicative competit & *Theologia unionis* salutatur: *Col. II, 3. & 9.* (In quo *omnes* thesauri sapientiæ sunt ἀπόκρυφοι intime reconditi & in quo Christo v. 8 Capite v. 10. habitat tota plenitudo θεότητος essentiæ divinæ *Rom. I, 20.* Contra Socinianos.) (f)

vel pro Ectypa, quæ in humana Christi natura *Luc. II. 52.* (profecit ergo revera & qui coram Deo, & qui ætate sua profecit, contra *Bellarm.*) (g) (gradu tamen eminentiore,) in angelis, *Matth. XIIX, 10.* atque hominibus, ad DEI Theologiam expressa est, *Gen. I, 26.*

Ectypa hominum est vel viæ vel patriæ, ob duplicem statum, viatorum & comprehensorum *Phil. III, 12. seq. 1. Cor.*

(e) *Buckn.* Vind. Bibl. in h. l. fol. 292. b. n. IV.

(f) *Struckn.* Vind. Bibl. in h. l. fol. 598. a. n. 11. & p. 600. b. n. 2. 3. 4. 5.

(g) *Bellarm.* lib. IV. de Christo c. V. An Christus habuerit Præceptores, & an legerit Terentium, vide sententias Pontificiorum in Dissert. hac de re habitis a *D. Joh. Frid. Mayero.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0022
DFG

Cor. XIII, 9. seq. 2. Cor. V, 6. 8. Theologia Viæ notat vel Naturalem, (h) quæ est scientia practica de Deo ex principiis naturæ per notitiam tum insitam, tum acquisitam *Rom. I, 19. 20. Psalm. XIX, 1.* præscribens homini viatori religionem naturalem, consequendæ a DEO & in DEO beatitudinis æternæ causa. Hæc, licet ad salutem consequendam post lapsum insufficiens sit, contra *Herbert. de Cherbury:* (i) nescit enim divina de peccatore cum DEO reconciliando consilia, *1. Cor. I, 21. Rom. VII, 7. 2. Cor. V, 20. Act. IV, 12. Eph. II, 12.* de eadem tamen DEO reddenda erit ratio, *Rom. I, 20.* cum sit pædagogia remotior ad verum DEI cultum, *Act. XIV, 17. XVII, 27.* Vel revelatam, non a revelatione generalius *Rom. I, 19.* sed strictius accepta, *Luc. X, 22.* sic appellatam: quæ quodammodo describitur *2. Tim. I, 13. 1. Tim. VI, 3. 1. Cor. II, 7. seqq. Act. XIIX, 26.*

(h) *Bayer* p. 30.

(i) Vid. *Musæi* Disp. de luminis Nat. & Theol. Nat. insufficientia ad salut. *Schmid.* Th. Nat. p. 36. *Gerh.* Isag. p. 156. *Hebstreit.* Metaph. p. 306. it. 338. *Ejusd.* Theol. Nat. p. 29. in 4to & 8vo. *Bechm.* Theol. Pol. p. 63. *Ejusd.* Instit. Theol. p. 22.

Universitäts Bibliothek Rostock http://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn1047367793/phys_0023 DFG

§. II. De Definitione.

Theologia revelata, (k) generice spectata, est scientia, sensu Aristotelico, & maxime Scripturæ, *Jer. III, 15.* (דעת enim significat scientiam a priori, *Hos. IV, 1.* & a posteriori *Exod. II, 4.* Sic etiam ἰδεῖν) *Joh. III, 11. XVII, 3.* practica (l) nam in Theologia R. omnia ad amorem DEI & proximi tendunt *1. Timoth. I, 5. coll. Joh. XIII, 17.* docens & defendens ex Divina revelatione, (m) quæ est objectum formale Theologiæ R. & spectatur non quoad voces, nec quoad res, sed quoad concursum divinum supernaturalem, *Act. XVI, 14. Rom. I, 16. 1. Thess. II, 13.* Qui concursus, cum irregenitis denegetur, eorum Theologia, licet historica & nude, non fœcunde literalis sit, *Rom. II, 18. sqq.* tamen non est vera spiritualis, ex illuminatione speciali seu accurate sic dicta, proveniens. (n) *1. Cor. II, 14. Joh. XIV, 17. 1. Tim. VI,*

(k) de Exist. *Gerhard.* Isag p. 2. Th. IV. *Melanch.* LL. CC. præfat.

(l) *Bechm.* Theol. Pol. p. 6. sqq.

(m) *Baj.* p. 64. *Gerh.* Isag. p. 5.

(n) vid. *Langii* Antibarb. propos. 3. p. 31. *Förtschii* Dissert. Epistol. ad Dn. Fechtium de Notitia rerum divinar. in irregenitis it. *Tarnovius* in Hoseam p. 186. M. *Abr. Kromayer* Syst. illustr. de Theol. & S. S. p. 18.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0024
DFG

VI. 3 seq. Omnia, quæ homini peccatori, qui est subjectum operationis Theologiæ R. 1. *Tim. I, 15. Rom. III, 23. sq.* tum ad fidem tum ad mores creditu & factu sunt necessaria, in quibus consistit finis intermedius, seu objectum materiale Theologiæ R. (o) quod distinguitur in credenda & agenda. (p) 2. *Tim. I, 13. Credenda, seu articuli fidei* (q) (qui in sensu latiori etiam agenda includunt, in sensu vero strictissimo per eosdem tantum mysteria indicantur e. g. *Eph. V, 32.*) dicuntur omne id, quod non est negandum propter divinam revelationem, formaliter autem non involvit operationem; quo sensu articuli fidei distinguuntur (1) in *puros*, qui unice ex supernaturali revelatione cognoscendi e. g. Christum esse Deum & hominem; & *mixtos*, qui etiam ex Lumine naturæ cognosci possunt, licet supernaturaliter sint revelati, e. g. Deus existit. (2) in *fundamentales*, qui subdistinguuntur in primarios, & doctrinæ Christianæ pars sunt, quæ non potest citra salutis dispendium ignorari, includunturque huic versiculo:

(o) *Bechm.* Theol. Pol. p. 47.

(p) *Bajer* p. 45.

(q) *Bechm.* Annot. in Hutter. p. 5. *Rudrauff.* Th. Thetic. p. 10. sqq.

En Christus, Medicus, Trinunus, gratia plena.
Peccator, Justus, Credit & inde Salus.

& *secundarios*, qui salva salute possunt ignorari, non tamen negari, e. g. DEUM ex nihilo condidisse mundum, unio personalis inter divinam & humanam *Naturam* &c. & *non Fundamentales*, qui salva salute possunt ignorari & negari, e. g. de Peccato & Rejectione Angelorum, de Motu terræ Copernico. De regno Christi millenario terreno &c. *Agendorum* nomine veniunt omnes operationes, omnesque habitus practici divinitus revelati, quorum exempla *Gal. V, 22. seqq.* consequendæ a DEO, (r) tanquam causa conferente fidem & beatitudinem per verbum *Joh. XX, 31. Jac. I, 21.* & sacramenta *Tit. III, 5. 1. Cor. XII, 13.* & in DEO beatitudinis æternæ causa. Quibus verbis Theologiæ R. finis ultimus, objectivus pariter & formalis innuitur. *Matth. V, 8. 1. Joh. III, 2.* Et quæcunque ad hunc finem non ducunt, non pertinent ad Theologicam γνῶσιν. e. g. otiosæ Scholasticorum quæstiones.

§ III. *De Divisione.*

Theologia Rev. ratione fundamen-

(r) *Gerhard.* Isag. p. 6. it. *Aug. Herm. Francki* Instit. de Fine Stud. Theol. p. 11.

menti (s) ſpectata, una tantum eſt *1. Cor. III, 10. ſeq. Eph. IV, 5.* ſecundum varios vero uſus diſpeſcitur in (1) poſitivam, ſeu Didaſcalicam, quæ maxime credenda tractat: *quæ in margine literaD. indigitabitur.*) (2) Elencticam, ſeu polemicam, *Apocal. II, 16.* (*oris gladio* non *ore gladii*, contra Inquiſitores Hiſpan.) plurimum adverſarios refutantem: (*quam indicabit lit. E.*) (t) (3) Epanorthotico-pædevticam, ſeu Moralem, in qua includitur Caſuiſtica, traditque ea, quæ ad vitam & mores cumprimis ſpectant. (*quam monſtrabit lit. P.*) *2. Tim. III, 16.* & (4) Conſolatoriam, afflictos erigentem *Rom. XV, 4.* (*quæ notabitur lit. C.*) Nec non ſecundum modos tractandi in Hermenevticam, *Ebr. V, 11. 1. Cor. XII, 10.* ſeu Exegeticam, *Joh. I, 18.* Ho-

(s) de Fundamento vid. *Bechmanni* Annot. in Hutt p. 6.

(t) de Uſu Theol. Polem. conf. *Langii* Suppl. Bajer. p. 322. *Spener.* præf. Tabb. Hodoſoph. Dannh. h. 3. it. *Buddei* Programma de ſtudio Theol. Pol. recte & ſobrie inſtituendo.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0027
DFG

mileticam *Act. 20, 11.* Catecheticam *Luc I, 4. Gal. VI, 6. &c.*

§. IV. *De Methodo.*

Methodus Analytica, a B. noſtro Bajero aliisque acutiſſimis Theologis, adhibita, Theologiæ R. eſt convenientisſima, quæ agit (1) de fine, ſcil. tum objectivo, DEO, tum formali, beatitudine, deque iis, quæ cum his cohærent, vel iisdem opponuntur. *Joh. XVII, 3. Rom. II, 7.* (2) de ſubjecto operationis, in quod finis eſt introducendus, eſtque homo qua peccator, *1. Tim II, 4. 1. Joh. I, 8. ſeqq.* (3) de mediis, quibus ſubjectum oper. ipſius finis particeps fieri poteſt *Eph. II, 8. &c.* Cum vero hæc ſingula e Scriptura S. tanquam e principio cognoſcendi tradenda ſint, quapropter de eadem quoque in præliminaribus agendum.

PROLEGOM.

CAP. II.

De Scriptura Sacra.

§. I. *Proponens definitionem.*

D. SCriptura, a ſcribendo (u) ſic dicta, cu-

(u) *Gerhard.* Iſag. p. 15.

cujus initium *Exod. XXIV, 12. XXXI, 18.* quæque a cauſis ſuis **ſacra** dicitur *Rom. I, 2.* **Canonica,** (x) illa nimirum Divina revelatio, reſpectu noſtri mediata, quæ eſt principium cognoſcendi ſeu objectum formale Theologiæ Rev. cujus ſynonyma occurrunt (y) *2. Tim. III, 15. Joh. VI, 68. Eſ. XXXIV, 16. Rom. III, 2. Pſ. CXIX. per tot.* **eſt verbum** externum, (z) *Marc. VII, 13. Luc. V, 1.* **DEO** Trinuno, tanquam cauſa effic. principali *2. Tim. III, 16.* per appropriationem autem Spiritus S. *2. Sam. XXIII, 2. 2. Petr. I, 20. 21.* (a quo proinde illuminatio expetenda *Pſalm.* P. *CXIX, 18. 19. Eph. I, 18.* & certo expectanda C. *Luc. XI, 1. Dan. XII, 4.*) **inſpirante** (a) conceptus tum rerum, tum verborum, (b) contra nonnullos Pontificios *Exod. XXXIV,* E. *27. Eſ. LI, 16. 1. Cor. II, 3.* Olim quidem D. DEUS variis revelationum modis uſus eſt (c)

(x) *Bajer.* p. 69.

(y) de Syn. vid Præf. Bibl. Erneſt.

(z) de Verbo externo *Muſæi* introd. p. 279. *Bechm.* Annot. in Hutter. p. 15. & Annot. in Diet. p. 5.

(a) de Inſpiratione conf. *Jo. Henric. Maji* Diſſert. de Inſpiratione S. Librorum.

(b) *Bechm.* Th. Pol. 72. *Ejusd.* Annot. in Hutt. p. 22.

(c) *Jo. Ern. Gerhard.* Diſp. de Revel. divina. *Calvör* Fiſſuræ Sionis p. 144. fin. ſq. *Hebſtr.* Theol. Nat. p. 16. in 4to p. 34. 8vo. *Gerh.* Iſag. p. 17.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0029
DFG

ut: (α) alloquio *Gen. XIIX, 13. XIX, 1. 18. seqq. Exod. XIX, 10. Num. XII, 8.* (β) prophetia, quæ vel per somnium, *Gen. XXIIX, 12. Dan. II, 1. seqq.* vel per ἔκστασιν contingit *Ezech. I, 4. Dan. X, 15. Act. X, 10.* (γ) אוּרִים וְתֻמִּים (d) *Exod. XXIIX, 30. Lev. IIX, 8.* Hodie vero in rebus fidei & morum, ad revelationes novas E. internas, cum Quakeris Sec. XVII. non est respiciendum, (e) *Matth. XXII, 29. Joh. V, 39.* Spiritus tamen & prophetiæ non simpliciter P. damnandæ, sed ultimo ad Scripturæ S. lapidem lydium probandæ sunt *1. Joh. IV, 1. 1. Thess. V,* D. *20.* per prophetas *Exod. XXXIV, 27. Es. LI, 16. 2. Petr. I, 20.* & Apostolos (f) *Matth. XXIIX, 19. Apoc. I, 11. XIV, 13.* non in sensu strictissimo acceptos *Ebr. I, 1. Matth. X, 2.* qui junctim sunt Scripturæ causæ effic. minus principales, partim Ebræo, in V. T. exceptis paucis Chaldaicis *Jer. X, 11. Dan.*

(d) *Pelarg.* in Exod. p. 277.

(e) *Bechm.* Theol. Pol. p. 20. maxime p. 160. it. *Kromayeri* Disp. de Scripturæ S. p. 8. de Quackeris leg. *Gerh. Crœsi* Histor. Quackerorum. it. *Buddei* Lexicon Univers. subVoce Quacker. it. *Calvör* Fiss. Sion. p. 620. *Rechenb.* Histor Eccl. p. 706. *Filip* von Zesen. Caroli II. Regis Angl. Wunder-Geschichte. p. 379-383.

(f) *Bechm.* Instit. p. 30. *Ejusd.* Annot. Hutt. p. 17. sq. *Bajer.* p. 77. *Rudrauff.* Theol. Thetic. p. 33.

Dan. II, 4. usque c. IIX, 2. Esdr. IV, 8. usque c. VI. it. c. VII, 11. usque 27. partim græco seu helleniſtico (g) Idiomate in N. T. quod pertinet ad materiale Scripturæ conſignatum, ita tamen ut Spiritus Sanctus in ſuggerendis verborum conceptibus ad indolem amanuenſium ſe accommodarit, (h) hominem peccatorem, qui eſt Finis Cui: *Deut. VI, 6. 7. Luc. XVI, 29. Joh. V, 39.* Proinde laicis quoque Scripturam in verſione legere neceſſarium & utile eſt (i) contra Pontificios. *Act. XVII, 11.* De omnibus, quæ creditu & factu neceſſaria ſunt, quibus innuitur Scripturæ objectum, inſtruens, ut fidem in CHRISTUM, qui eſt nucleus Scripturæ & objectum præcipuum *Ebr. X, 1. ſeqq. Col. II, 17.* Hunc in Scripturis quæramus *Joh. V, 39. 40.* tanquam fundamentum fidei & vitæ certiſſimum *Eph. II,*

E. D. P. C.

(g) *Muſæi* Introd. p. 261. *Bajer.* p. 80.

(h) *Bajer.* 81. fin.

(i) *Dieter.* Inſtit. Catechet. p. 35. ſqq. *Bechm.* Annot. in Dieter. p. 21. *Scherz.* Anti-Bell. p. 117. 120. & ſqq. *Bechm.* Theol. Pol. p. 155. *Ejusd.* annot. in Hutt. p. 23. *Althöfferi* Harmon. Evang. p. 297. *Gerh.* Iſag. p. 13. 122.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0031
DFG

II, 20. 2. Petr. I, 16. consequatur *Joh. XX. ult.* Deoque reconciliatus sancte vivat, est Finis Cujus intermedius universalis, nudum igitur scire non sufficit, *Jac. I, 21. Ebr. IV, 2. Luc. IIX, 15. 1. Cor. XIII, 2.)* specialis vero indicatur *2. Tim. III, 16. Rom. XV, 4.* ac tandem vitam æter-
C. nam, quæ est Finis cujus ultimus, DEI beneficio obtineat. *Joh. V, 39. Eph. II, 8.*

§. II. *Attributa Scripturæ S. delineans.*

Scripturæ S. affectiones, latius
D. acceptæ, sunt I. Auctoritas Græce: αὐθεντία, ἀξιοπιστία, αὐτοπιστία utriusque Testamenti una, (k) maxima, quæ duplex est, vel (α) motiva, fidei causativa, requirens maxime cognitionem hujus principii complexi: Scriptura S. DEO inspirante est consignata. Cujus & notitia

(k) De Autoritate vid. *Bechm.* Annot. in Hutt. p. 37. *Ej.* Annot. in Diet 16. it. *Hebstr.* dog. S. p. 113. *Gerh.* Isag. p. 23. sqq.

tia probabilis, opinativa ſ. judicium credibilitatis, ſeu fidei humanæ *e ſignis & motivis credibilitatis* (l) *partim internis*, (1) ſtyli ſimplicitate, conjuncta cum gravitate ſolo DEO digna (m) *1. Cor. II, 4. Rom. I, 16. Jer. XXIII, 31.* (2) veritate, quæ ex inductione articulorum fidei, conſenſu teſtamenti utriusque & librorum inter ſe, & accurato vaticinorum eventu probatur. (3) ſanctitate, quæ major eſt, quam ex præſcripto luminis rationis *Devt. VI, 5. Matth. V, 44.* (4) ſufficientia Scripturæ ad ſalutem: *partim externis:* (1) antiquitate *Gen. III, 15.* (2) ſcribentium ἀξιοπιστία (3) miraculis, Moſis, Chriſti & Apoſtolorum *Pſalm. CXXXVI, 4.* (4) eccleſiæ, de origine Scripturarum divina, conſenſu. (5) martyrum conſtantia. (6) ſubita per totum orbem propagatione. (7) admiranda inter tot perſecutiones conſervatione. (8) teſtimonio populorum extra eccleſiam Chriſtianam. (n) (9) Exemplis vindictæ Divinæ adverſus perſecutores hujus doctrinæ, & notitia certiſſima, ſeu fidei divinæ e Spiritus Sancti per Scripturam operantis interno teſtimonio, *1. Theſſ. II, 13. 1. Cor.*

(l) *Hebſtr.* Log. S. p. 227 - 241.
(m) *Bajer.* p. 96. init.
(n) *Bajer.* p. 111.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0033
DFG

Cor. II, 4. 5. (quod *unice* fidem divinam de divina Scripturarum origine hominibus ingenerat, *1. Joh. V, 6. 8. Joh. VII, 16. 17. Actor.* E. *IIX, 36. XVI, 14. II, 37.* contra Pontificios (o) licet communiter signa & motiva credib. præ- D. mitti soleant) haberi potest, vel (β) Canonica (p) seu normativa, secundum quam Scriptura S. ratione textus primigenii & versionum cum eo convenientium, est regula fidei & actionum Christianarum *2. Cor. X, 13. Gal. VI, 16.* Inde distinctio (q) librorum Bibl. in canonicos (r) V. T. ebræo potissimum idiomate a Mose ad Malachiam (de quo etiam ecclesia Judaica V. T. testatur,) primum scriptos, *2. Tim. III, 16. 2. Petr. I, 20. 21.* & Apocryphos, (s) de quorum Θεοπνευστία immediata haud certo constat: cujus-

(o) *Bechm.* Theol. Pol. p. 80. sqq.

(p) *Bajer.* p. 120.

(q) De varia Libb. Bibl. distinctione conf. *Gerh.* Isag. p. 30. sqq.

(r) *Dieter.* Inst. p. 9. *Gerh.* Isag. p. 32. *Bechm.* annot. in Hutt. p. 25. sqq. De requisitis necessariis Libri Canon. vid. Disp. *Quenstedii:* De Oratione Viventium pro defunctis Pontificia, hab. Witt. 1665. p. 20. it. *Rauppii* Proleg. in Epit. Synopt.

(s) *Dieter.* Instit. p. 14. sqq. it. *Bechm.* Annot. in Diet. p. 13. sqq. *Bechm.* Annot. in Hutt. *Gerh.* Isag. p. 33. maxim. p. 55. sqq.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0034
DFG

jusmodi sunt libri V. T. ebræo idiomate primitus non consignati, qui Canonici fieri non E. possunt, ad ædificationem tamen sobrie le- P. gantur. Libri N. T. omnes sunt Canonici, D. græce primum exarati. *Rom. XV, 18.*

II. Efficacia supernaturalis (t) *2. Tim. III, 15. 1. Cor. II, 4. 13. Rom. I, 16. Joh. VI, 63. XVII, 20.* quæ verbo ex divino beneplacito, *1. Cor. I, 21.* intime, etiam E. extra usum, (contra παράσασιν *Rathmannianam,*) actu primo unita, (u) per quam Spiritus DEI, nisi ex parte hominum ejus operatio impediatur, *Matth. XIII, 19. seq.* accedente *oratione, Jac. I, 5. 17. Ps. CXIX, 12. 18.* P. *sqq. meditatione Ps. I, 2. Jac. I, 21. 25. Psalm. LXXIIX, 2. seq. Act. IIX, 23. XVII, 11. seqq. & tentatione* (x) *Es. XXIIX, 19. Ps. CXIX, 67. 71.* effectus supernaturales tanquam C. causa principalis per instrumentum activum (y) indivisa actione producit. *Jer. XXIII,* D. *22.*

(t) *Hebstr.* Systema. Theol. p. 370. *Baj.* p. 136.

(u) *Musæi* Introd. p. 571. *Rechenberg.* Histor. Eccles. p. 683. *Langius* add. Theol. Moral. p. 3. *Bajer.* p. 141.

(x) De his tribus primariis capitibus Studii Theol. vid. *Hafenreff.* Prolegom. LL. Th. p. 1-18. it. *Funckii* Canon. Theol. Centur. I. can. 85. p. 168.

(y) *Bajer.* p. 147.

Universitäts Bibliothek Rostock http://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn1047367793/phys_0035 DFG

22. 29. c. XV, 16. Pſ. XIX, 8. usque 12. 1. Petr. I,
E. *23. 1. Joh. II, 14. Eph. VI, 17.* contra Enthuſiaſtas, Quacker. Weigel. Anabapt. Schwenckfeld. &c.

III. Perfectio (z) ſecundum quid talis, ſeu ſufficientia dogmatum, qua Scriptura Canonica collective ſumta, partim formaliter, partim conſequenter, ſufficienter tamen nos in rebus ad ſalutem creditu factuve neceſſariis informat, completam reconciliandi hominis peccatoris cum DEO rationem tradit, *Rom.*
C. *III, 23. ſeqq.* ſicque intenſive & reſpectu finis perfecta eſt, *2. Tim. III, 15. ſeqq. Joh. XX. ult.* & propterea additamento reali
E. traditionum dogmaticarum Papalium non indiget (a) *Devt. XII, 32. Apoc. XXII, 18.* Sic

(z) De Perfect. vid. *Bechm.* Inſtit. p. 44. *Ej.* Annot. in Hutt. p. 53. ſqq. Ej. Theol. Polem. p. 109. ſqq. it. *Eckardi* Pandectæ Controv. p. 90. ſqq. *Althöfer.* Harm. Evang. p. 298. *Gerh.* Iſag. p. 10. & 100. *Scherz.* Anti-Bell. p. 150. ſqq. *Bajer.* p. 149.

(a) *Dieter.* p. 57. *Gerh.* Diſpp. Theol. p. 25. *Scherz.* Anti-Bell. p. 151. ſqq. *Bechm.* annot. in Dieter. p. 28. ſq. it. ejusd. Inſtit. p. 71. *Eckard.* Pandect. p. 101. *Gerh.* Iſag. p. 105. ſqq. *Gerh.* Diſpp. Th. p. 1506. & 25.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0036
DFG

Sit itaque unice unica nostra in rebus fidei & P.
vitæ regula. *Psl. CXIX, 24. Es. IIX, 19. 20. Luc. XVI, 29. Gal. I, 8. 2. Joh. v. 9. 10.*

IV. Perspicuitas (b) qua o- D.
mnia ad salutem necessaria in Scriptura Canonica alicubi verbis ex usu loquendi receptis proponuntur, ut quilibet linguæ originalis cumprimis, literarum vero rudis, vernaculæ, in versione, gnarus & judicio, sine præjudiciis pollens, literalem verborum sensum, (c) qui unius loci ex intentione Spiritus S. non nisi unus est, contra Pontificios, E.
assequi atque virtute Divina ad as- c.
sensum fidei perduci possit *2. Tim. III, 15. seqq. 1. Cor. XIV, 8. 9. Devt. XXX, 11. &*

(b) De Perspicuitate vid. *Dieter.* p. 39. it. *Bechm.* Annot. in Diet. p. 22. Ej. Annot. in Hutt. p. 49. it. Ej. Instit. p. 40. sqq. *Bajer.* p. 153. *Bechm.* Th. Pol. p. 95. & sqq. it. *Eckard.* Par. dect. Controv. p. 57. *Althöff.* Harm. Evang. p. 374. sq. *Gerhard.* Isag. p. II. & III. *Scherzeri* Anti-Bellarm. p. 128. *Gerh.* Dispp. Theol. p. 1502.

(c) De sensu vid. *Bechm.* Institut. p. 83. Ej. Annot. in Diet. p. 23. *Werneri* Præcepta Homil. p. *Bajer.* p. 168. *Scherz.* Anti-Bellarm. p. 136. seqq. *Gerh.* Dispp. Theol. p. 1503.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0037
DFG

14. coll. Rom. X, 6. 8. 18. Pſ. CXIX, 105. 2. Petr. I, 19.

D. V. Vis judicandi, (d) qua Scriptura Canonica, ſola, *Eſ. IIX, 20. Gal. I, 8* ſeu Spiritus Sanctus per eam *1. Joh. V, 6. 8.* in normanda doctrina fidei & morum eſt interpres ſui deciſivus ſeu auctoritativus principalis, ad quem Chriſtus ipſe *Matth. IV, 7. XIX, 4. XXII, 29.* & Apoſtoli *Act. II, 25.* & alibi, provocat, ita, (e) ut non opus ſit judice ſtricte dicto & viſibili:

E. contra Pontif. (f) Proinde etiam Scriptura

P. per Scripturam eſt explicanda *2. Petr. I, 20.*

D. *Interpres* autem *diſcretivus* eſt tum Doctor Eccleſiæ *2. Tim. II, 15. ſeqq. III, 16. Tit. I, 9.* tum quilibet fidelis, idoneis mediis legitime utens. *1. Joh. IV, 1. Cor. X, 15. Act. XVII, 11.*

THE-

(d) A. C. Epitome p. 570. 572. 632. *Dieter.* p. 47. ſq. *Bechm.* Annot. in Diet. p. 24. *Bechm.* Theol. Pol. p. 133. *Eckard.* Pandect. p. 116. *Muſæi* Diſp. de Judice Controv. Fidei hab. Jen. 1668. *Gerh.* Iſag. p. 12. & 104. *Scherz.* Anti-Bell. p. 138. ſq. *Gerh.* Diſpp. Theol. p. 1504. ſq.

(e) *Bajer.* p. 177.

(f) *Eckard.* Pand. p. 67.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0038
DFG

THEOLOGIÆ ΔΙ' Ο'ΛΙΓΩΝ PARTIS PRIMÆ

CAPUT I.

De DEO. (g)

§. I. probans *existentiam* Dei.

DEum, cujus perquam multa in Scri- D.
pturis occurrunt nomina, (h) inter quæ eminet τετραγράμμαλον יהוה soli DEO proprium (i) *Exod. III, 13. seqq. Es. XLII, 8.* Dei autem nomine ipsa divina natura indicatur, (k) contra Socinianos Sec. XVI. (l) Armin. & ali- E.
os. *1. Cor. IIX, 5. Gal. IV, 8.* proprie di- D.
ctum, (συμβεβηκότως Angeli quoque & Magistratus in plurali, *Psalm. XCVII, 7. LXXXII, 6. Joh. X, 34.* nec non καλὰ ψεύδ-

(g) De Deo agitur in Aug. Conf. Art. I. Apolog. fol. 50. Art. Smalcal. p. 303. *Bajer.* 183.

(h) De Nom. Dei Conf. *Gerh.* Isag. p. 136. 148. sqq. *Bechm.* Instit. p. 93. sqq.

(i) conf. *Gerh.* Isag. p. 151. sq. it. *Beshm.* Instit. p. 94. sqq. it. *Eckard.* Fascic. Controv. inter Luth. & Calvin p. 27.

(k) *Hebstr.* Theol. Nat. p. 61. in 8vo p. 135.

(l) De Socin. conf. *Rechenb.* Hist. Eccl. p. 603. *Calvör.* Fissur. Sion. p. 479. *Lubienicii* Hist. Reform. Poloniæ Lib. II. c. 1. p. 38. sqq.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0039
DFG

Satanas 2. *Cor. IV*, 4. impiorum venter *Phil. III*, 19. & idola gentilium *Act. XIX*, 26. Dii salutantur.) seu *ens excellentissimum*, *quod a se & cæterorum omnium causa est*, existere,
E. (m) primum ex intuitu hujus universi, *contra Atheos* (n) quosvis, *Ps. XIV*, 1 *seqq. Eph. II*,
D. 12. e libro naturæ, (o) *Rom. I*, 20. *II*, 15. 16. & dein, ex innumeris fere testimoniis, Prophetiis, apparitionibus ac operibus Divinis, e libro scripturæ (p) sufficientissime probamus. Quæ utraque, tum naturalis, tum revelata literalis Dei notitia viam
P. nobis pandat ad spiritualem, quæ saluberrima
C. est *Joh. XVII*, 3. *Col. II*, 2. *Tit. I*, 16.

§. II. Adumbrans *essentiam*. (q)

Deus, qui in hac vita a nobis perfecte de-

(m) *Gerh.* Isag. 137. 154. sqq. *Bechm.* Annot. in Hutt. p. 80. *Bajer.* p. 187.
(n) de Atheis, vid. *Hebstr.* Metaph. p. 330. sqq. it. Ej. Th. Nat. p. 77. in 4to 166. sqq. 8vo. *Gisberti Voëtii* Diss. de Atheis & Atheismo. Tom. I. Diss. selectarum. *Ant. Reusseri* Dissert. de Origine, Progressu & incremento Atheismi.
(o) *Bechm.* Theol. Pol. 176. *Dieter.* Inst. Catech. p. 279. *Bechm.* Annot. in Diet. p. 138.
(p) *Dieter.* p. 281. *Bechm.* Annot. in Diet. p. 140.
(q) *Bajer.* 192.

definiri & cognosci nequit, (r) *1. Cor. XIII, 12.* perfectissima tamen Ejus visio in altera vita est C.
expectanda, 1. *Joh. III, 2.* est Spiritus, (s) P.
Joh IV, 24 in Spiritu & veritate colendus. D.
1. Cor. VI, 20. Eph. I, 3. Itaque intellectu & voluntate constat. *Voluntas* Dei distingvitur (t) I. in *naturalem & liberam Ps. CXV, 3.* Libera in efficacem *Joh. X, 18.* & inefficacem. *Luc. XXII, 42. Efficax* (α) in absolutam & conditionatam, *Deut. XXII, 1 15.* (β) absolutam & ordinatam. *Joh X, 12.* (γ) antecedentem, *Tim. II, 4. 2. Petr. III, 9.* & consequentem *Matth. XXIII, 37.* II. in voluntatem *signi & beneplaciti* (u) *Matth. VI, 10.* primus seu independens *Es. XLI, 4. XLIV, 6.* Cujus attributa (x) essentialia, primaria, sunt vel negativa, sex: 1. Unitas (y) tum absolute, tum exclusive spectata,

(r) *Hebstr.* Log. S. p. 58. Ejusd. Theol. Nat. p. 132.
(s) *Gerh.* Isag. p. 162. 139.
(t) *Gerh.* Isag. p. 145. maxime 179. *Bechm.* Instit. p. 123. it. Ejusd. Annot. in Hutt. p. 89. sqq. *Bajer.* p. 214.
(u) *Gerh.* Dispp. Theol. p. 120. sqq. *Bajer.* p. 220.
(x) De Attrib. in genere vid. *Hebstr.* Th. Nat. p. 149. sqq. 8v. p. 334. *Bajer.* 193.
(y) *Hebstr.* Th. Nat. p. 209. 8v. p. 467. *Bechm.* Instit. p. 103. *Gerh.* Isag. 158. *Hebstr.* Metaph. p. 956. sqq.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0041
DFG

P. *Deut. VI, 4.* qua Deus unice quoque colendus,
E. *1. Cor. IIX, 4. seqq. Eph. V, 5. Es. XLIV, 8. usque*
C. *11. Exod. XX, 2. usque 5.* quippe in quo fideles summum bonum unice inveniunt, *Ps. LXXIII,*
D. *25. Rom. IIX, 31.* 2. **Simplicitas**, (z) excludens omnem compositionem realem *Exod. III, 1. 4.* Quapropter etiam membra non nisi ἀνθρωποπαθῶς Deo tribuuntur. *Ps. XCIV, 9. 10.* contra Anthropomorphitas & Gentiles. 3. **Immutabilitas**, (a)
E. (α) secundum esse, *Rom. I, 23.* Ergo Deus non est rerum creatarum essentia, *juxta Weigelianos* Sec. XVII. (b) (β) secundum locum. *Jer. XXIII, 24.* (γ) secundum accidentia. *Jac.*
D. *1, 17.* (δ) secundum voluntatem, cujus actus liberi & affectus, quatenus in Deo sunt, ab Ejus essentia realiter non differunt, *contra*
E. *nonnullos, Arminianos* Sec. XVII. (c) *Mal. III, 6. Prov. XIX, 21. Num. XXIII, 19.* Absit igitur

(z) *Hebstr.* Th. Nat. p. 225. sqq. 8v. p. 491. seqq. *Bechm.* Instit. p. 105. *Baj.* p. 195. *Gerh.* Isag. 164. 140.

(a) *Hebstr.* Th. Nat. p. 262. sqq. 8v. p. 566. *Bechm.* Inst. 107. *Bajer.* p. 196. *Gerh.* Isag. 166. 141.

(b) De Weigelio vid. *Rechenb.* Hist. Eccl. p. 663. it. *Calvör.* Fiss. Sion. p. 548. sqq. *Weigelii* Errores vid. in Dispp. Theol. Gerh. p. 816. seq. 917.

(c) De Arminian. vid. *Rechenb.* Hist. Eccl. p. 658. *Bentheim.* Holländ. Kirchen- und Schulen-Staat. *Calvör.* Fiss. Sion. p. 516. contra Arminian. scripsit *Abr. Calov.* Considerationem Arminianismi.

tur mutabiles creaturas magis ut amemus, quam creatorem immutabilem, *1. Joh. II, 15*, 17. 4. **Infinitas**, (d) excludens omnes terminos. *Pſ. CXLV, 3.* 5. **Immenſitas**, (e) *1. Reg. IIX., 27.* ex qua fluit *omnipræſentia* (f) *modificata*, qua Deus non tantum quoad virtutem, ſed etiam quoad eſſentiam ubique præſens eſt, *quod negant Sociniani. Jer. XXIII*, 24. *Pſ. CXXXIX*, 7. Semper itaque tanquam coram facie Dei ambulemus *Gen. XVII, 1.* ubique de aſſiſtentia divina certi. *Pſ. XXIII*, 4. 6. **Æternitas**, (g) *Pſ. XC, 2. ſqq. CII, 28 1 Tim I, 17.* quam *Sociniani* male ſucceſſivam ſtatuunt. Hanc in Deo ita æſtimemus, ut æterna ipſius gratia confirmationem fiduciæ filialis *Pſ. CIII, 17. 2. Tim. I, 9.* & temporaneorum abnegationem in nobis exciter, *Col. III, 2.* vel poſitiva, ſeptem: quæ partim intellectum maximam partem re-

P. D. E. P. C. P. C. D. E. C. P. D.

(d) *Hebſtr.* Th. Nat. p. 169. ſqq. 8v. p. 378. *Bechm.* Inſt. 106. *Bajer.* p. 197. *Gerh.* Iſag. p. 168. 141. *Gerh.* Diſpp. 199.

(e) *Hebſtr.* Th. Nat. p. 177. ſqq. 8v. p. 396. *Bechm.* Inſt. p. 108. *Baj.* p. 198. *Gerh.* Iſag. 169. 142.

(f) *Bechm.* Theol. Pol. p. 190.

(g) *Hebſtr.* Th. Nat. p. 269. ſqq. 8v. p. 578 *Bechm.* Inſt. p. 108. *Baj.* p. 205. *Gerh.* Iſag. 140. 165. Ej. Diſpp. Theol. p. 198. *Hebſtr.* Metaph. p. 1040. *Bechm.* Theol. Pol. p. 211.

Universitäts Bibliothek Rostock http://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn1047367793/phys_0043 DFG

feruntur, ſuntque I. Vita, (h) intellectualis, *Joſ. III, 10. Act. IV, 15. Joh. V, 26. Ezech. XXXIII, 11.* 2. Scientia, vi cujus Deus *primo* omnia poſſibilia, ut talia, etiam *futura contingentia*, (i) circa quæ hæſitant *So-*
E. *ciniani*, (k) uno actu & immediate novit *Pſalm CXXXIX, 2. Geneſ. XV, 13.* dicitur Scientia Na-
C. turalis, l. Simplicis intelligentiæ: *ſecundo* omnia præterita, præſentia & abſolute futura *1. Sam. II, 3. 1. Reg. IIX, 39. ſeqq. 1. Joh. III, 20.* quæ Viſionis, Scientia Libera, & præſcientia vocatur. *Tertio* etiam futura conditionata. *Matth. XI, 21. 1. Sam. XXIII, 11. ſeq.* quæ Scien-
E. tia Dei Media appellari conſuevit. *Contra Calvinianos.* (l) Junctim *omniſcientia* dici-
C. tur, qua Deus etiam interna cordis deſideria
P. tum piorum *Pſ. XXXIIX, 10.* tum impiorum, *Jer. XVII, 10. Sir XXIII, 26* videt, & in noviſſimo die revelabit, *1. Cor. IV, 5. Apoc. XX, 12.*
D. 3. Sapientia (m) imperveſtigabilis *Joh.*
C. *XII, 13. Rom. XI, 33. 1. Tim. I, 17.* cujus diſpoſitioni omnia commendanda, *Pſ. XXXVII, 5.* & ex

(h) *Bechm.* Inſtit. p. 113. *Bajer.* 207.
(i) *Hebſtr.* Th. Nat. p. 289. ſqq. 8v. p. 619. *Bechm.* Inſt. p. 114. ſqq. *Hebſtr.* Metapp. p. 1050. *Bajer.* p. 208. ſqq.
(k) *Bechm.* Theol. Pol. p. 197.
(l) *Bechm.* Theol. Pol. p. 204.
(m) *Bechm.* Inſtit. p. 120. *Gerh.* Iſag. p. 178. *Bajer.* p. 212.

Universitäts Bibliothek Rostock http://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn1047367793/phys_0044 DFG

& ex qua vera sapientia nobis haurienda. *1. Reg. III, 7. seqq. Jac. I, 5.* partim ad vo- D.
luntatem, suntque a) justitia, (n) qua Deus æque in se justus est, id est, *sanctus, Lev. XIX, 2. 1. Petr. I, 15. seqq.* ac erga creaturas, iisdem leges præscribendo, promissaque C.
implendo *Es. XLV, 23.* bonos remunerando & malos puniendo *2. Thess. I, 6. seqq Rom. II, 5. 8.* P.
9. b) Veracitas, (o) seu veritas in dicen- D.
do, *Num. XXIII, 19. Ebr. VI, 18.* Hujus pro- C.
missionibus credamus & comminationes filia- P.
li observantia timeamus, *2. Sam. VII, 28. Rom. IV, 20. Ebr. XI, 11. Devt. XXIX, 19.* imo ad exemplum DEI omne mendacium fugiamus. *Eph. IV, 25. Jac. V, 12* c) Potentia, (p) qua Deus producere potest quicquid possibi- D.
le est & ex parte operantis non importat imperfectionem; quæ vel *absoluta* est, vel *ordinata*, extensive infinitiva *Psalm CXLV, 3. Matth. XIX, 26. Luc. I, 37.* qua maxime cre- C.
dentibus præsto est *Marc. IX, 23. Jos. I, 5. usque 9.* d) Bonitas, (q) hæc consideratur

(n) *Bechm.* Instit. p. 127. *Gerh.* Isag 144. 175. *Bajer.* p. 222.
(o) *Bechm* Instit. p. 121. *Gerh.* Isag. 146. *Bajer.* p. 224.
(p) *Bechm.* Instit. p. 129. *Gerh.* Isag. 143. 172. E-usd Disp. Th. p. 200. *Bajer.* 225.
(q) *Bechm.* Instit. p. 112. *Gerh.* Isag. 144. & 173. *Bajer.* p. 217. *Gerh.* Disp. Theol. p. 383.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0045
DFG

D. vel absolute, dicitur q *perfectio DEI Matth. V, ult. Luc. XIIX, 19.* vel respective, in relatione ad Creaturas, quibus DEUS bonus est in C. genere causæ efficientis, exemplaris & finalis *Jac. I, 17. Psalm. LXXIII, 25.* contra Manichæ-E. os Sec. III. (q) Utamur hac ad pœnitentiam P. *Rom. II, 4.* amorem erga proximum *Matth.* C. *V, 44 seqq. 1. Joh. IV, 11.* & ad majorem erga DEUM fiduciam, *Ps. XXXI, 8.*

§. III. *De Personis Divinitatis.*

D. Essentia Dei, (r) omnesque perfectiones divinæ, Patri, (vocabulo ὑποστατικῶς accepto,) qui est *ordine* (s) non tempore, 1. natura, 1. dignitate, prima persona (t) Divinitatis, (u) non genita, nec procedens, sed ab æterno de sua substantia gignens Filium, & cum Filio ab æterno spirans Spiritum Sanctum *1. Cor. IIX, 6.* Filio, qui est secunda persona Divinitatis, ab æterno a Patre genita, (x) a qua & Patris persona procedit ab æterno Spi-

(q) vid. August. Conf. Art. I.
(r) *Gerh.* Disp. Theol. p. 88. sqq.
(s) De ordine vid. *Gerh.* Disp. Theol. p. 1372.
(t) De Vocab. Personæ vid. *Bechm.* Ann. in Hutt. p. 104. *Bajer.* p. 242.
(u) *Bechm.* Annot. in Hutt. p. 97. sqq. *Bajer.* 252.
(x) *Bechm.* Annot. in Hutt. p. 104. it. *Gerh.* Disp. Theol. p. 234. & 1126. *Bajer.* p. 252.

Spiritus S. Cujus vera *Deitas* (y) contra *Arianos*, Sec. IV. (z) *Socinianos*, Sec. XVI. *Photin.* Sec. IV. (a) *& alios* (α) ex divinis Christi nominibus *1. Joh V, 20. Rom. IX, 5. coll. c. I, 25. Num. XXI, 5. 6. coll. 1. Cor. X, 9.* (β) ex divina generatione *Joh. III. 16.* (γ) attributis, e. g. æternitate & omnipotentia, *Apoc. I, 8. 11.* omniscientia *Joh. XXI, 17.* (δ) ex operibus, creationis, *Joh. I, 3.* conservationis *Col. I, 17.* mortuorum resuscitationis *Joh. 5. 21. 28.* & (ε) e cultu divino *Joh. V, 23.* sufficientissime patet. E.

De humana natura vid. infra Part. 3. c. 2. & Spiritui Sancto, D. *Act. XX, 28. 1. Cor. XII, 11.* qui est tertia persona Divinitatis, non genita, sed procedens ab æterno a Patre & Filio *Joh. XV, 26.* (b) Eum autem verum DEUM esse, *contra Socinianos*, Sec. XVI. probamus ex *Act. V, 3. seqq. Es. VI, 8. 9. coll. Act. XXIIX, 25. Ps. XCV, 8. seqq. coll.* E.

(y) *Bechm.* Theol. Pol. p. 233. it. Ej. Inst. Theol. p. 135. sqq. it. *Gerh.* Isag. p. 232-256. it. p. 325. sqq.

(z) De Arrianis conf. *Calvör.* Fiss. Sionis p. 192. *Rechenb.* Hist. Eccl. p. 118. *Chytræi* Onomast. Theol. sub voce Arius p. 99.

(a) De Photinian. vid. *Calvör.* Fiss. Sion. p. 210. *Rechenb.* Hist. Eccles. p. 119. *Chytræi* Onom. sub Voce Photin. p. 633. Photin. Errores vid. in Disp. Theol. *Gerhard.* p. 1182.

(b) *Bechm.* Ann. in Hutt. p. 106. sqq. *Bajer.* 253.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0047
DFG

coll. Ebr. III, 7. seqq. (c) tanquam tri-
E. bus distinctis personis, (d) contra
Sabellium. Sec. III. (e) Matth. XXIIX, 19. Joh.
D. XIV, 16. 17. Distinguuntur autem cumprimis ab invicem actibus personalibus, generatione, Psalm. II, 7. Act. XIII, 33. Mich. V, 2. & spiratione, Matth. X, 20. Gal. IV, 5. e quibus fluunt proprietates, Paternitas, Filiatio & Processio, & notiones personales: Innascibilitas & Spiratio activa (f) sine multiplicatione, in unitate Deut. VI, 4. 1. Joh. V, 7. & sine prærogativa, (g) contra
E. nonnullos Arminianos, Sec. XVII. com-
P. munis est. Cui communioni nostra quoque est assimilanda. Joh. XVII, " 2. Cor. XIII, 13. Ad hoc autem mysterium intelligendum naturalis ratio non sufficit, contra
E. Keckermannum & alios, Pontificios, Scotum cum-

(c) Bechm. Theol. Pol. p. 256. Ej. Inst. Theol. p. 148. sqq. it. Breithaupt. Thos. p. 203. Gerh. Isag. p. 270-275.
(d) Gerh. Isag. p. 186. Bechm. Pol. p. 219.
(e) De Sabellio vid. Rechenb. Hist. Eccl. p. 84. Calvör Fiss. Sion p. 172. sq. Chytr. Onom. p. 667. Bunonis Idæa Univers. Histor. p. 186.
(f) vid. Bechm. Instit. p. 156. & 158. Ej. Annot. in Hutt. 97. Breith. Thes. p. 201. Bayer p. 250. sq.
(g) Bechm. Pol. Theol. p. 270.

cumprimis, (h) sed Deus devote est exorandus, ut nobis Seipsum e verbo per Spiritum S. ma- P.
nifestet *Eph. I, 16 seqq. 1. Cor. II, 10.* Qui etiam C.
diligentibus ipsum experimentalem sui cognitionem promisit. *Joh. XIV, 21. 23.*

PARTIS PRIMÆ
CAPUT II.
De Creatione.

§. 1.

CReatio proprie dicta, id est, productio D.
vel e simpliciter nihilo, quæ fit aut independenter ab omni subjecto, e. g. creatio substantiarum immaterialium, aut independenter tantum a subjecto præexistente adhibito tamen coëxistente, e. g. corporum simplicium: *vel ex materia inhabili*, fitque dependenter a materia præexistente, ut: corporum mixtorum. Alias creatio *improprie* sumta (1) apud Moralistas collationem alicujus dignitatis aut potestatis; (2) in Scripturis (α) collationem novarum virium spiritualium *Ps. LI, 12. 2. Cor. V, 7.* & aliorum beneficiorum *Es. LXI, 20.* (β) Immissionem pœnarum *Num. XVI, 30.*

(h) vid. *Musæus* de Usu principiorum Rationis p. 661. sq. it. *Gerh.* Isagog. p. 192. sq. it. *Bechm.* Instit. p. 172. sq. *Bajer.* p. 245.

30. Es. XLV, 7. significat: est actio DEI, *Gen. I, 1.* solius *Es. XLV, 12, 18.* Trinunius, *Psalm. XXXIII, 6.* ad extra, ergo E. incongrue dixit *Maccovius* (i) creationem esse D. ipsum DEUM, qua DEUS Pater *1. Corinth. IIX, 6. Ebr. I, 2.* per Filium *Joh. I, 3.* E. *Col. I, 16.* & Spiritum S. (k) *Gen. I, 2.* Quæ tres personæ minus caute tres Creatores dicun- D. tur, ex bonitate, (est causa impuls. interna, *Ps. CXXXVI, 5. seqq.)* qua Optimus Creator inter omnes creaturas hominibus ma- C. xime favet, *Sap. XI, 25. Psalm. CIII. tot. Matth. VI, 25. seqq.* Qui & ipsi soli, non P. creaturis, serviant! *Rom. I, 25. Psalm. LXXIII, 25.* juxta ideam mentis suæ, tan- D. quam causæ exemplaris, *Gen. I, 4. 10. seqq.* mundum hunc, & quæ in eo sunt omnia, visibilia & invisibilia sex dierum spatio (l) & quidem *prima die* prima elementa, cœlum, (m) terram, aquam

(i) Vid. *Arnoldi* Maccovius Redivivus fol. 135. sqq. *Bechm.* Annot. in Hutt. p. 239. it. Ej. Annot. in Diet. p. 160. de Maresio qui idem statuit cum Maccov. vid. *Hebstr.* Th. Nat. p. 243. 4t. & 530. 8vo.
(k) *Bechm.* Th. Pol. p. 291.
(l) vid. *Bechm.* Annot. in Hutt. p. 247. sqq.
(m) *Bechm.* Theol. Pol. p. 278.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0050
DFG

aquam & lucem primigeniam, (n) (quam accidens ſine ſubjecto fuiſſe, quidam Pontificii, E.
ſine fundamento aſſerunt,) *Gen. I, 1. usque 5.*
Secunda firmamentum æthereum ſupra quod D.
aquas dari e Scripturis ſolide probari nequit. E.
(o) *l. c. v. 6. 7. 8.* *Tertia* maria & aquarum al- D.
veos, ac e terra arida herbas, arbores & alia.
l. c. v. 9. usque 13. *Quarta* ſolem, lunam, &
ſtellas motum & vim ſuam ſtatim exerentes.
l. c. v. 14. usque 19. *Quinta* aquatilia & vola-
tilia. *v. 20. usque 23.* *Sexta* animalia terreſtria
& Protoplaſtos, *l. c. v. 24 ſq.* Primum, A-
damum, (contra *Præadamitas,*) (p) qua cor- E.
pus & animam *Gen. II, 7.* (Moſes enim duas D.
tantum partes eſſentiales hominis (q) novit,
contra Paracelſi Spiritum ſidereum ejusque aſ- E.
ſeclas.) Ex Adami autem in Paradiſo, (qui D.
poſt diluvium in qualitate concreata non ſu-
pereſt, contra quosdam Pontificios, (r) dor- E.
mi-

(n) *Bechm.* Th. Pol. p. 184.
(o) *Bechm.* Theol. Pol. p. 288. vid. quoque *Pfeiff.* Dub. Vexata in h. l.
(p) vid. *Gregor. Stannarii* Diſpp. Theol. Faſciculus p. 117. & 125 it. *Bechm.* Theol. Pol. p. 296. Ej. Annot. in Dieter. p. 163. *Calvör.* Fiſſ. p. 314 ſqq.
(q) *Bechm.* Theol. Pol. p. 302. it. *Teuberi* Moderatum Judicium de Controv. an dentur 3. partes eſſential. hominis. it. *Hundshagen* Palæſtra Diſputatoria p. 394. *Gerh.* Hagog. p. 1715.
(r) vid. *Gerh.* Diſpp. Theol. p. 1594. & Præfat. Veterum

D. mientis costa Evam, *Gen. II, 8. sqq.* dicendo,
seu vocando produxit *Psalm. XXXIII, 9. Rom. IV, 7. Ebr. XI, 3.* productaque hodie-
C. num conservat *Jobi X, 8. seqq. 33, 4.* Inde
E. mundi æternitas (s) non est possibilis, *contra*
D. *nonnullos Pontif. & alios*, ad sapientiæ,
potentiæ & bonitatis suæ glori-
P. am, *Rom. XI, 36. Apoc. IV, 11.* Usus igi-
tur creaturarum cum gratitudine erga Creato-
rem conjunctus sit! *Ps. CIV, tot. Ecclesiastic. XLII, 15. seqq. Act. XVII, 27. 1. Cor. VI, 20. X,*
C. *30. 31.* atque hominum utilitatem.
E. (t) *Genes. I, 26. Psalm. CXV, 16. contra Manichæos.* Sec. III. (u)

PART.

terum prima. *Scherz.* Anti-Bell. p. 637. sq. *Eckardi* Pandect. Controv. p. 683. *Gerh.* Conf. Cath. L. 2. part. 3. p. 316.

(s) *Scheibl.* Metaph. Lib. 2. p. 329. *Slevogt.* Disp. Acad. p. 161-167. *Bechm.* System. p. 85. *Dieter.* p. 309. *Bechm.* Instit. p. 206. *Calvör.* Fiss. Sion. p. 314. *Gerh.* Disp. Theol. p. 820. *Gerh.* Isag. 1904. sqq.

(t) *Gerh.* Isagog. p. 398.

(u) De Manichæis vid. Histor. Eccles. *Rechenb.* p. 85. *Calvör.* Fissur. Sion. p. 180. *Chytræi* Onom. p. 496. it. *Colbergius* de Origine & Progressu Hæresium in Eccles. p. 166.

PART. I. CAP. III.

De
Angelis.

§. I. De *Natura* Angelorum in genere.

ANgeli, (x) quo, græco nomine, *gene-* D.
raliter quivis legatus *Gen. XXXII, 3.* mi.
niſtri verbi *2. Par XXXVI, 15. Mal. II, 7. & alibi*, & κατ' ἐξοχὴν Filius DEI *Exod. XIV, 19. Mal. III, 1. Specialiter* vero h l. creaturæ intelligentes ab anima hominis diſtinctæ indicantur, quæ titulo filiorum Dei ratione Creationis, & Aſtrorum matutinorum, quia ſunt naturæ puriſſimæ & lucidiſſimæ, *apud Jobum c. I, 6. XXXIIX, 7.* gaudent, ſunt, (hos exiſtere, ex lumine naturæ probabiliter, contra Marſilium & alios (y) præcipue ex affectibus in energumenis, e Scriptura vero *contra Sadducæos* apodictice demonſtrari poteſt, *Act.* E.
XXIII. 8. Pſ. XCI, 11. CIV, 4. Ebr. I, 4. ſqq.) D.
ſpiritus proprie dicti, *Erb. I, 14.* contra quosdam Patres & Scholaſticos (z) Igitur (1)vi E.

C *intel-*

(x) *Dieter.* p. 312. *Bechm.* Annot. in Hutt. p. 169. ſqq. Ej. Inſt. Th. 238. *Bajer* 280.

(y) vid. *Hebſtr.* Metaph. p. 403.

(z) vid. *Bechm.* Inſtit. Th. p. 244. *Bechm.* Theol. Pol. p. 360. it. *Gerhard.* Iſag. p. 390. *Diet.* p. 313.

intellectus succeſſive cognoſcunt (a) DEUM, ſeipſos & alia ſingularia extra ſe, *2. Sam. XIV, 20. Eph. III, 10. 1. Petr. I, 12.* Futura autem contingentia a voluntate libera dependentia, itemque cogitationes hominum certo (niſi per revelationem divinam) non cognoſcunt (b)

E. *Eſa. XLI, 22. 1. Reg. IIX, 27. 39. contra Pontif.*

D. Sunt etiam (2) *voluntate* præditi, quam actus gaudii, *Luc. XV, 10.* deſiderii, *1. Petr. V, 8.* obedientiæ *Pſalm. CIII, 20.* & inobedientiæ *2. Petr II, 4.* arguunt. (3) Gaudent *potentia loquendi* ſeu manifeſtandi conceptus ſuos (c) (α) DEO, *Eſ VI, 3. Apoc. VII, 11.* (β) aliis angelis *Eſ l. c. Zach. II, 3. 4.* (γ) hominibus, *Luc. I, 13. 28. ſeq. II, 10. XXIV, 4 ſeqq. Act. I, 10. 11.* (4) competit eis *potentia operandi extra ſe*, (d) magna quidem *Pſalm. CIII, 20. 2. Petr. II, 11. 2. Reg. XIX, 35.* ſed finita *Jobi I. & II. Luc XI, 21. ſeqq.* (5) *Simplicitas*, reſpectu compoſitionis ex materia & forma (e) *Incorru-*

(a) *Bechm.* Th. Pol. p. 367. *Gerhard.* Iſag. p. 391. *Bechm.* Annot. in Hutt. p. 286.

(b) vid. *Gerh.* Iſag. p. 391. *Bechm.* Ann. in Hutt. p. 288.

(c) vid. D. *Mülleri* Feſt Evang. Schluß-Kette. Fer. I. Paſch. p. 199. *Bechm.* Inſtit. p. 251. *Gerhard.* Iſag. p. 397.

(d) *Bechm.* Theol. Pol. p. 374. Ej. Inſtit. p. 253. *Gerhard.* Iſag. p. 392. conf. *Jo. Clerici* Diſſert. de Miraculis quæ reperitur in Tr. de Incredulitate.

(e) *Bajer.* p. 293. *Hebſtr.* Metaph. p. 1130.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0054
DFG

ruptibilitas, *Agilitas Esa. VI, 2. Dan. IX, 21. & Illocalitas* respectu πῆ (f) circumscriptivi, non vero definitivi, *Matth. IIX, 32.* **completi**, est differentia prima, qua discernuntur ab anima humana, **dependentes**, seu finiti, creati quippe a DEO intra hexaëmeron Mosaicum, (g) *contra quosdam Socin. & Arminianos. Gen. II, 1. Nehem. IX. 6.* E. *Col. I, 16.* **numero multi** *Dan. VII, 10. Luc. II, 13. Marc. V, 9.* & **ordinibus** D. **differentes** *Ephes. I, 21. 1. Thess. IV, 16. Luc. XI, 25. 26.* Non tamen præcise sunt tres hierarchiæ & novem ordines, (h) *uti Dionysio* (i) *ipsiusque sequacibus placet.* E.

§. II. De *Angelis* bonis in specie.

Angeli boni, (k) sancti, *Matth.* D. *XXV, 31.* electi, *1. Timoth. V, 21.* **qui in**

(f) *Gerh.* Isag. p. 392.
(g) *Gerh.* Isag. p. 390. *Bechm.* Instit. p. 242.
(h) *Bechm.* Instit. Theol. p. 258. *Fj.* Annot. in Hutt. p. 291. *Bechm.* Theol. Pol. p. 379. it. *Henr. Reinesii* Theol. Exegetica P. II. p. 242. *Eckard.* Pand. Controv. p. 567. *Bechm.* Annot. in Diet. p. 170.
(i) De Dionysio vid. *Jo. Barlæi* peculiar. Tract. de Scriptis Dionys. Areop. it. *Chytræi* Onom. sub voce Dionys. p. 243. *Robert Coci* censura Libb. Apocryph.
(k) *Dieter.* 316. *Bajer.* 302. *Bechm.* Inst. p. 256.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0055
DFG

gratia essentiæ superaddita, (cujus perfectiones imago DEI in angelis appellari possunt, *Joh. I, 6*) perseverarunt, atque a DEO gratiose in bono confirmati (l) sunt, ita, ut mali fieri non possint, sed semper beati sint, *Matth. XIIX, 10.* operationibus suis ministerialibus inserviunt DEO, intuitive cognitum amando & laudando (m) *Psalm. CIII,*
P. *21. Es. VI, 3. Matth. IV, 6.* nobis in exemplum
(n) *Matth. VI, 10. Apoc. V, 11. 12. 13.*
D. Christo Θεανθρώπῳ, *Ebr. I, 6. Matth. IV, 11. XXV. 31. Marc. XII, 27. seq.* ho-
C. minibusque piis, uni etiam plures (o) *Gen. XXII, 12. 2. Reg. VI, 17.* tum sin-
D. gulis, in vitæ ingressu *Matth. XIIX, 10.* progressu, *Psalm. XXXIV, 8. XCI, 11. 12. Matth. I, 20. Act. X, 3. 5. XII, 7. V, 18. Dan. VI, 22. Luc. I, 13. 30. II, 10. Marc. XVI, 6.*
C. & egressu *Luc. XVI, 22.* tum statibus
D. hierarchicis, (p) ecclesiastico *Gal. III, 19.*

(l) *Bechm.* Instit. Th. p. 257.
(m) *Bechm.* Annot. in Hutt. p. 293. sq.
(n) *Gerh.* Disp. p. 396. *Bajer.* p. 314.
(o) *Bechm.* Annot. in Hutt. p. 294. *Bajer.* p. 309. seq.
(p) *Bechm.* Annot. in Hutt. p. 295.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0056
DFG

19. Judæ v. 9 1. Cor. XI, 10. politico Dan. X, 13. seq. 2. Reg. XIX, 35. & œconomico, Gen. XXIV, 7. Job. I, 10. Cum insuper credentibus C.
arctior cum angelis bonis communio & similitudo sit expectanda, propterea quidem magni P.
æstimandi, Ebr. XII, 22. Luc. XV, 10. XX, 36. non tamen more Pontificio (q) religiosè invocandi E.
sunt. (r) Col II, 18 Devt. VI, 13. Tob. XII, 7. seq. Apoc. XIX, 10. XXII, 8. seq.

§ III. De Angelis *malis*.

Angeli mali sub certo quo- D.
dam Duce, Job. IIX, 44. Luc. XI, 15. cujus angeli esse dicuntur, Matth. XXV, 41. Apoc. XII, 7. 9. desciverunt, (contra E.
Manichæos) & quidem propria Voluntate & ex Libero Arbitrio, (E. non ex absoluto Decreto contra Bezam & alios.) probabiliter peccato superbiæ, (s) conjuncto cum invidia (t) & in-

(q) De Pontif. distinctione inter δυλείαν, ὑπερδυλείαν & λατρείαν vid. Gerh. Disp. Theol. p. 8. sq. & p. 1144. Hebstr. Log. Sacr. p. 285. sq. Bechm. Inst. Theol. p. 25. Ej. Annot. in Hutt. p. 298.
(r) Bechm. Th. Pol. p. 386. Gerh. Disp. Theol. p. 1076. Scherz. Anti-Bellarm. p. 453. Dan. Pfeffing Theol. Strasb. Disquis. Acad. de Angelorum cultu ex Col II, 18. Eckard. Pandectæ Controv. p. 564. Bechm. Annot. in Hutt. p. 297. sqq.
(s) Augusti. & Ambros.
(t) Cyprian.

credulitate (u) *Gen. III, 5. Sap. II, 24.* idque
D. adhuc ante lapsum hominem: a DEO
Judæ v. 6. in miseriam damni & sen-
sus (x) *Matth. XXV, 41. 46.* inamissi-
E. bilem, *2. Petr. II, 4,* (*contra Origenem* Sec. II. fin.) (y) quæ in judicio extremo auge-
bitur, *Apoc. XII, 8. seq. XX. 1. 10.* ex parte
intellectus attraxerunt sibi carentiam lu-
minis gratiæ & gloriæ, quæ vel unice ex pro-
motione mortis Christi evincitur, *adde Joh.*
D. *l. c.* & ex parte voluntatis, præter
carentiam virium amandi DEUM & bene a-
gendi, odium erga DEUM & seipsos, invi-
diam felicitatis alienæ & obdurationem in ma-
lo. Inde nocere student (1) ho-
P. minibus singulis, (z) (singuli igitur
DEUM orent, ut a Diaboli insidiis eos custo-
D. diat, *2. Cor. II, 11. Rom. XVI, 20.*) iis, quo-
ad

(u) *Dietr.* Instit. Catech. p. 321. *Bechm.* Theol. Pol. p. 400. *Bayer.* p. 316.

(x) *Hebstr.* System. p. 835. *Bechm.* Theol. Pol. p. 403.

(y) De Origene vid. *Calvör.* Fist. Sion. p. 133. it. *Chytr.* Onom. sub Voce Origenis *Rechenb.* Hist. Eccl. p. 77. *Colbergius* de origine & progressu Hæres. in Eccles. p. 194.

(z) *Baj.* p. 320.

ad *corpora Luc. XIII, 11. 16. opes. Job. I, 12. seq. & animas Luc. XXII, 31.* damna inferendo, in specie omnes impios spiritualiter (a) *Luc. XXII. 3. Eph. II, 2. 2. Cor. IV, 4. XI, 3. Joh. IIX, 44.* (conversi DEO gratias agant, quod ex hac Satanæ po- P.
testate eos liberarit, *Col. I, 12. seq. Ebr. II, 14.* & a peccatis sibi caveant *1. Joh III, 8.*) nonnullos etiam pios corporaliter (b) obsidendo (c) *Matth. IIX, 28. seq Marc.* D.
VII, 25 seq. Luc. IX, 39. & per spectra (d) illudendo. *Sap XVII, 3. usque 6. incl. coll. Ps. LXXIIX, 49. Es XIII, 21. XXXIV, 14.* (2) statibus hierarchicis, ecclesiastico, duum (α) spargendis hæresibus invigilant, *Matth. XIII 19. 27.* (β) Verbum e cordibus tollunt, *Luc. IIX, 12. 1. Tim. IV, 1. 1. Thess. II, 18.* politico, Imperantibus iniqua consilia suggerunt *1. Reg. XXII, 21. seq. 1. Chron. XXII,*

(a) I. e. efficaciter impellendo eorum animos ad pessima scelera. *Bajer.* p. 321.

(b) Quando Satanas secundum suam substantiam in corporibus hominum habitat & in illis operatur, ex permissione divina. *Bajer.* p. 321.

(c) De signis obsess. vid. *Bechm.* Casus consc. p. 371.

(d) De spectris conf *Hebsir.* Systema. p. 817. §. 20. *Schwimmer* Deliciæ Phys.

1. & œconomico, conjugibus, liberis & bonis familiæ (e) *Joh. I. Tob. VI, 9. seqq. 1. Cor. VII,*
C. *5.* Notandum tamen, *quod Satanas absque*
D. *permissione divina*, (DEUS autem sæpe malorum angelorum opera utitur in pœnam impiorum & castigationem piorum, *Psalm. LXXIIX, 49. Joh. I. & II. 2. Corinth. XII, 7.*) *nemini nocere possit. Joh. II, 5. seqq. Matth. IIX,*
P. *31. seq.* Induamus modo παναπλίαν τῦ Θεῦ
C. *Eph. VI, 11. seq.* tunc per Christum Diabolum vincemus *1. Joh. II, 13. III, 8. V, 18. 1. Petr. V, 8.* & aliquando ipsos angelos judicabimus. *1. Cor. VI, 3.*

PART. I. CAP. IV.

De

Imagine DEI in homine. (f)

D. IMago DEI, (g) quæ h. l. non nudam figuræ adumbrationem, nec perfectissimam substantiæ (h) *Col. I, 15. 2. Cor. IV, 4.* sed quarundam saltem qualitatum cum DEO con-for-

(e) *Bajer.* p. 325. sqq.

(f) Apolog. August. Conf. p. 53. sq.

(g) *Bechm.* Annot. in Hutt. p. 317. Ej. Instit. Theol. p. 219.

(h) Christus quomodo Imago Dei, conf. *Gerh.* Isagog. p. 503. sq.

formitatem notat, ſpecialiter accepta, (i) *generaliter* enim qualemcunque ſignificat cum DEO analogiam, includitque in ſuo ambitu etiam animæ eſſentiam & facultates, corporis quoque immortalitatem (k) (*quam primo homini concreatam* (l) *contra Socinianos* E. Sec. XVI. *tuemur* (m) *e Gen. II, 16. Rom. V,* D. *12.*) & Dominium in creaturas inferiores *Gen.* E. *I, 26. ſeq. (quod male pro præcipua imaginis Dei parte a Socinianis & Photinianis venditatur:)* (n) Quo ſenſu etiam homo poſt la- D. pſum adhuc imago DEI dicitur *Gen. IX, 6. Jac. III, 9.* erat illa ſimilitudo (o)

(i) *Bechm.* Annot. in Hutt. p. 319. Ej. Inſtit. Th. p. 222. *Bayer.* p. 336.

(k) *Breithaupt.* Theſ. p. 26. *Bechm.* Theol. Pol. p. 320. Ej. Annot. in Hutt. p. 329. *Gerh.* Iſag. p. 1701. ſqq.

(l) Catal. Operum omn. *Thom. Aquin.* ſub Voce Adam. num. 33. Adam mortuus fuiſſet ſi non comediſſet.

(m) *Bechm.* Annot. in Hutt. p. 325. Ej. Theol. Pol. p. 311.

(n) *Bechman.* Inſtit. p. 229. Ej. Annot. in Hutt. p. 331. Conf. *Jo. Henr. Maji* Diſſert. de ImagineDei. *Martini* Ruina Photinianiſmi Cap. 3.

(o) An differant Imago & Similitudo vid. *Bechm.* Annot. in Hutt. p. 324. *Eckard.* Pandect. Controv. p. 662. *Gerh.* Diſpp. Theol. p. 1592. *Gerh.* Iſagog. p. 489. eleganter.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0061
DFG

hominis cum DEO, qua DEUS Trinunus, tanquam causa effic. *Gen. I, 26. V, 1.* ex mera bonitate, erga homines maxima, quos præ aliis creaturis imagine sua dignatus est; protoplastos, non Adamum solum, (p) *contra Severianos* Sec. II. *& veteres quosdam apud Augustinum. Gen. II. cc. Eph. IV, 23. seqq.* perfectionibus accidentalibus, *contra Flacium*, (q) in intellectu, (r) agnitione Dei *Col. III, 10.* voluntate, (s) habituali inclinatione ad sancte vivendum, *Eccl. VIII, 30. Matth. XXII, 37.* & appetitu sensitivo (t) *Gen. II, 25.* ipsas DEI perfectiones imitantibus, licet non omnes, nec eodem perfectionis gradu. Cum autem fuerit donum homini ad actus suos connatu-

(p) *Bechm.* Instit. Theol. p. 234. sq. *Dieter.* Instit. Catech. p. 323.

(q) *Gerh.* Ag. p. 503. seq. De Flacio vid. *Calvör.* Fiss. Sionis p. 468. it. *Wigandi* Manichæismus renovat. p. 8. maxime 153. *Krüger.* Memor. Mille Viror. p. 196.

(r) *Bechm.* Annot. in Hutt. p. 319. Ej. Inst. p. 223.

(s) *Bechm.* Annot. in Hutt. p. 321. Ej. Inst. p. 226.

(t) *Bechm.* Annot. in Hutt. p. 227.

turales recte exercendos per naturam debitum, hoc sensu imago Dei primo homini recte *naturalis* (u) dicitur, *contra Pontificios*. E. ornaverat, nihil mali homini concre- D. ando, (x) *contra Weigelium*, Sec. XVII. vitæ E. sanctæ & beatitudinis eorum, denique gloriæ Divinæ promovendæ causa. Idem est finis, qui creD. ationis. Postquam autem hanc imaginem, proh! in protoplastis peccantibus amisimus, *Gen. V, 3. (contra Photinianos Sec. IV.)* (y) ejusdem *restaurationem* in Christo quæramus P. (z) *Gen. III, 15. Rom. V, 14. 1. Cor. XV, 49. Eph. II, 10. Col. III, 10.* Quæ innovatio hominibus beandis necessaria est, (necessitate ordinis, non meriti,) *Joh. III, 3. seq. Gal. VI, 15. Ebr. XII, 14.* & DEUS petentibus *Psalm. LI, 12.* in hac vita inchoativam (a) *1. Cor. XIII, 12*, E. con-

(u) *Hebstr.* Metaph. p. 221. fin. *Breithaupt.* Thes. 28. *Gerh.* Isag. p. 494. sqq. Ej. Dispp. Th. p. 1079. & 29. *Gerh.* Conf. Cathol. L. 2. part. 3. a. 20. c. 2. p. 299. *Scherz.* Anti-Bell. p. 629. & 632. *Eckard.* Pand. Controv. p. 667. *Bechm.* Th. Pol. 325. *Bechm.* Inst. Th. p. 230. sqq.

(x) *Gerh.* Dispp. Th. p. 836. *Bechm.* Th. Pol. 306.

(y) *Gerh.* Dispp. p. 641. 642. 1188. *Bechm.* annot. in Hutt. 333.

(z) *Breith.* Thes. p. 31.

(a) *Dieter.* 328.

contra Donatiſtas Sec. IV. (b) veram tamen *Joh. XIV, 17. 1. Joh. III 6.* & augibilem, *2. Cor.* C. *III, 18. 2. Petr. I, 4.* in altera vero conſummativam non denegabit *Pſ. XVII, 15. Tit. III, 4. ſeqq.*

PART. I. CAP. V.

De

Providentia DEI. (c)

D. PRovidentia DEI qua *πρόγνωσις*, *πρόθεσις* & maxime *διοίκησις* (d) indicatur *Gen. XXII, 8. Sap. XII, 18. XIV, 3.* Cujus exiſten-
E. tia *e Matth. VI, 26. Act. XVII, 25. 28. & al. contra Philoſophorum antiquorum rationes* liquidiſſime probatur, (e) eſt actio intelle-
D. ctus, voluntatis & potentiæ
P. Divinæ, omni ſtudio a nobis attendenda, *Pſ. LXXIII, 24. CXI, 2.* vi cujus DE-
D. US Trinunus *Joh. V, 17. 1. Cor. XII, 11.* lo-

(b) De Donatiſtis conf. *Rechenb.* Hiſt. Eccl. p. 117. *Calvör.* Fiſſ. Sion. p. 203. *Chytr.* Onom. 247.

(c) *Bajer.* 350. *Gerh.* Iſag. 399. *Dieter.* 32. Differentiam inter Scientiam, Præſcientiam, Provid. & Prædeſt. vid. apud *Dieter.* 330.

(d) *Scherz.* Brevic. 175. *Bechm.* Inſt. 286. *Gerh.* Iſag. 400. ſqq.

(e) *Bechm.* Th. Pol. 330. Ej. Inſt. 284. *Annot. in Hutt.* 355. ſqq.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0064
DFG

solus, in quibusdam tamen mediate operans per Angelos, Magistratum, Ministros ecclesiæ C. &c. Interim certi sumus absque consilio aut E. permissione divina nihil nobis obtingere posse *Matth. X, 29. seq.* libere, (f) *contra Stoicos*, (g) *Psalm CXV, 3.* & ex mera bonitate *Psalm CXXXVI, 1. seq.* utut sæpe contra P. hominum expectationem *Thren. III, 37. seq.* creaturas, qua tales, non vero qua peccantes, *contra Calvinianos*, (h) *Psalm. V, 5.* E. *Jac. I, 13.* nam malas actiones (i) Deus vel impedit *Gen. XX, 6, Psalm. XXXIII, 10.* vel tamen C. ad bonum finem dirigit, *Gen. L, 20, Luc XXII, 32. 1. Cor. X, 13.* omnes (k) animatas, etiam D. vilissimas *Ebr. I, 3. Psalm CIV, 14 seq. CXLVII, 9. seq. Matth. l. c.* speciatim homines in ortu *Job. X, 8. seq. Psalm. LXXI, 6.* progres-

(f) *Dieter.* 331.

(g) De Stoicis vid. Lexicon *Corvini. Chytræi* Onom. sub Voce Stoici 708. Stoicorum Object. vid. in *Selnecceri* Instit. Christianæ Rel. Part. II. p. 319. 328.

(h) *Bechm.* Th. Pol. 348. *Gerh.* Isag. 414 - 424.

(i) De concursu Dei ad malas actiones vid. *Gerh.* Isag. 409. sq. it. *Dieter.* Inst. Catech. 334. *Bajer.* p. 362.

(k) *Bechm.* Th. Pol. p. 332. Ej. Inst. Th. p. 286. *Dieter.* 332. *Bajeri* 354.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0065
DFG

greſſu *Pſalm. XCI, 1. ſeq.* (ad actiones civiliter bonas concurſu communi *contra Rhetorfor-*
C. *tem*, (l) *Rom. II, 15.* ad ſpirituales vero peculiari influxu concurrens *2. Cor. III, 5.*) & *termino vitæ*, (m) qui vel *naturalis* eſt, juxta tem-
D. peramentum, vel *præternaturalis* (α) *iræ*, ordinarius impiis vitam abbreviando, *Devt. XXIIX, 21. ſeq.* & extraordinarius vitam iisdem in pœnam aliorum & propriam prolongando, exemplo Pharaonis, Antiochi & aliorum.
C. (ϐ) *gratiæ*, ordinarius piis vitam prolongando *Exod. XX, 12. Prov. III, 1.* extraordinarius, abbreviando *Sap. IV, 10. Eſa. LVII, 1. ſeq. 2. Paral. XXXIV, 28.* Non autem DEUS ex abſoluto decreto, ſine reſpectu ad cauſas ſecun-
E. das homini vitæ terminum conſtituit, (n) *contra Reformatos, Devt. XXX, 20. 1. Reg. III,*
C. *14. XIX, 5.* & imprimis fideles, (o) *1. Tim. IV, 10. Ebr. XIII, 5. 6.* qui propterea ſe-
P. ipſos omnemque curam DEO committant, *Pſalm. XXXVII, 4. ſeq. 1. Petr. V, 7. Phil. IV, 6. Tob. IV, 22.* conſervat (p) continuo verbi cre-

(l) *Bechm.* Annot. in Hutt. 348. Ej. Inſt. Th. 300.
(m) *Bechm.* Th. Pol. 337. Ej. Annot. in Hutt. 342. *Baj.* 364. *Bechm.* Phyſ. 254. it. *Gerh.* Diſpp. de Termino Vitæ hab. *Bechm.* Inſt. 292. ſqq. *Gerh.* Iſag. 408. & 1709.
(n) *Bechm.* Theol. Pol. 343.
(o) *Dieter.* 333. *Bajer.* 358.
(p) *Breith.* Theſ. p. 109.

creatorii influxu *Pſ. CIV, 29. ſeq. Dan. V, 23.* D.
Col. I, 17. & gubernat, immediate (q) quoque in actiones cau'arum ſecundarum in-
fluendo, *contra Durandum, Act. XVII, 28.* in E.
ſpecie hominum ſtatus & corda regendo, *1. Sam. II, 7. 8. Pſ. CXIII, 7. ſeqq. Prov. XXX, 8. XXI, 1.* Ergo reſpectu DEI nihil fit caſu, (r) D.
contra Epicuræos (s) ad hominum impri- E.
mis piorum utilitatem maxime ſpiritua-
lem, *Pſ. XXXIII, 19. Gen. XXXIX, 5. Act. XXVII,* C.
24. & Divinæ ſapientiæ, poten-
tiæ ac bonitatis gloriam, *Pſ. CIV, 1.* D.
33. ſeq. CXXXVI, tot. Rom. XI, 36.

PART. I. CAP. VI.

De

Beatitudine Æterna.

BEatitudo æterna, (cujus notitia a P.
DEO eſt petenda *Eph. I, 16. ſeq.* perfecta
tamen in hac vita haberi nequit, (t) *2. Cor. IV,*
17. 1. Petr. I, 8. 1. Joh. III, 2.) quæ *h. l. non ſumi-* D.
tur

(q) *Heuniſch.* Theſ. Diſp. 187.
(r) *Dieter.* 331.
(s) De Epicuræis vid. *Chytræi* Hiſtoriſcher Extract voc. Epicurer. Ej. Onomaſt. Th. 278.
(t) *Gerh.* Iſag. 1975.

tur metonymice, ſicut 1. Joh. V, 20. ſed proprie (u) aliisque nominibus ac deſcriptionibus (x) indicatur *Sap. III, 1. Pſalm. XXVII, 13. Matth. V, 12. XXV, 34. Luc. XVI, 21. Joh. XVI, 22. Act. XX,*
E. *32. Apoc. XXI, 2.* eſt (y) contra Epi-
C. curæos, Sadducæos, & alios (z) donum,
D. *Rom. VI, ult.* quo DEUS Trinunus, qui ſolus intellectum finitum lumine gloriæ (a) donare & ad intuitive cognoſcendum objectum infinitum elevare poteſt, *Pſ. XXXVI, 10.* ex mera gratia (b) (quæ eſt cauſa im-
E. pulſ. interna) & ſic non ex operibus, *contra*
D. *Pontificios, Rom. XI, 6. Eph. II, 8. 9.* propter meritum Chriſti, fide apprehenſum, (c) ſunt cauſæ impulſ. exteɹnæ, illud, principalis, hæc minus principalis,) *Ebr. V, vers 9. Johan. XIV, 2. ſeqq. III, 16. ſeqq.* homines finaliter credentes & quidem omnes & ſolos.

(u) *Gerh.* Iſag. 1962. *Bechm.* Annot. in Hutt. p. 907. ſqq.
(x) *Gerh.* Iſag. 1964.
(y) *Gerh.* Iſag. 1965. *Bechm.* Annot. in Hutt. 998. *Dieter.* 524.
(z) *Gerh.* Iſag. 1971. ſqq.
(a) *Bechm.* Inſt. 308. *Bajer.* 377.
(b) *Gerh.* p. 1977. & 1979. *Dieter.* Inſt. 527.
(c) *Gerh.* Iſag. 1979 - 1981.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0068
DFG

solos *Matth. X, 22. XXIV, 13. Rom. II, 7. Apoc.* P.
II, 10. Simus ergo constantes: **ex hac vita egressos**, *1. Cor XIII, 12. 1. Joh III, 2.* qui sunt subjectum Quod, sequitur nunc subjectum Quo: **præcipue qua animam**, *(cum in visione beatifica formalis* (d) *ratio beatitudinis consistat, juxta ll. cc.)* intellectus lumine gloriæ elevatus DEUM Trinunum & omnia quæ in eo formaliter sunt, (e) *(contra Pontif.)* intuitive actu simplici co- E.
gnoscet. *Voluntas* cognitum intensissime a- D.
mabit *1 Cor XIII, 8.* & consequenter peccare non poterit (f) *Psalm XVII, 15. Apoc. XIX, 14.* **dein etiam qua corpus**, (g) quod erit spirituale, consequenter immortale, agile, impassibile, *Apoc. VII, 16. Matth. XXII, 30.* C.
sensibus aliorum subducibile *Phil. III, 21.* D.
Matth XVII, 53. & valde splendidum *Dan. XII, 3. Matth. XIII, 43. 1. Cor. XV, 41. seqq.* Cujus *oculi* quoque DEUM videbunt (h) *Job.* E.

(d) *Gerh.* Isag. 1982 sqq.
(e) *Bechm.* Theol. Pol p. 413. 424. Ej. Instit. 306. *Bechm.* Annot. in Hutt. p. 1000. sq. *Gerh.* Isag. p 1776. 1783.
(f) *Gerh.* Isag. 1984. *Bechm.* Annot. in Hutt. 1004.
(g) *Gerh.* Isag. 1989. *Bechm.* Inst. Theol. 759. sqq. *Bajer.* 388. *Bechm.* Annot. in Hutt. 1005. sqq.
(h) *Bechm.* Theol. Pol. 416. Ej. Instit. Th. p. 305. *Gerh.*

D. *XIX, 25.* glorificabit, *Rom. IIX, 30. 1. Petr. I, 8.* ita tamen ut in beatitudine accidentali, cumprimis quoad claritatem corporum futura adsit inæqualitas, (i) *contra quosdam Cal-*
E. *vinianos & Pontif. 1. Cor. III, 8. XV, 41.* non tamen id piis obtinget propter merita operum,
E. *contra Laureolas meritorias Virginum, Martyrum & Doctorum Pontificiorum.* (k) Ut plene satiati, *Psalm. XVII, 15. 2. Cor. IV, 17.* in terrenis enim nulla est satietas, quæ pro-
P. pterea abneganda sunt *Col. III. 2. Ebr. XI, 26.* æternum vivant *Marc. X, 30. Psalm.*
E. *XXVII, 13.* heic spe certissima, (l) *(contra*
D. *Pontificiorum dubitationem)* aliquando autem reipsa, (m) *1. Petr. I, 3. Rom. IIX, 24. 2. Tim. I, 12.*

Gerh. Isagog. 2004. *Hebstr.* Philos. prima 582. Ej. Præfat. ad System. Theol. & System. 1061.

(i) *Bechm.* Theol. Pol. p. 408. maxime 411. *Eckard.* Fasc. Contr. cum Calvin. 644. *Gerh.* Isag. 1999. sqq. *Bechm.* Instit. p. 761. *Bechm.* Annot. in Hutt. 1009. *Bajer.* 394.

(k) vid. *Thom. Aquin.* Voce Aureola. it. *Gerh.* Confess. Cathol. Lib. 2. Part. 2. art. X. c. 2. p. 600. *Gerh.* Dispp. Theol. 78.

(l) *Gerh.* Isag. 1981. *Breithaupt.* Thes. 242. *Dieter.* Instit. 514. *Scherz.* Anti-Bell. 748. sqq. *Brochmand.* System. *Gerh.* Dispp. Th. 794.

(m) De actuali salute credentium vid. *Hebstr.* System. 1073. *Buddei* Dissert. de Beatitudine in Regno

I, 12. & gaudeant. *1. Petr. I, 8.* ad DEI Trinunius gloriam. *Eph. I, 6. Apoc. VII,* C. *10. seq.*

PART. I. CAP. VII.

De

Morte seu Damnatione Æterna.

DAmnatio, (n) quæ beatitudini partim *privative* opponitur, indeque appellatur mors secunda *Apoc. II, 11. XX, 6.* & tenebræ *Matth. IIX, 12.* partim *contrarie*, dicitur- D.
que opprobrium æternum *Dan. XII, 2.* & ignis æternus *Matth. XXIV, 4.* pro statu sumta, de actu enim quo impii immittentur in stagnum ignis, agendum erit *infræ cap. X. de judicio extremo:* est supplicium, *Matth. XXV, 46.* Cujus existentiam (o) *contra Epicuræos*, *Rysw ycum Sec. XV.* (p) E.

gno gratiæ exhibita 1709. *Mühlii* Tr. von der würcklichen Seeligk. der Gläub. in diesem Leben. 1708.

(n) *Bajer.* 400. sq. De Synonym. & Homon. conf. *Gerh.* Isag. 1932. sq.

(o) *Dieter.* 555. *Bechm.* Annot. in Hutt. 974. *Gerhard.* Isag. 1933.

(p) De Rysw yco conf. *Calvör.* Fissur. Sion. 405. *Rechenb.* Histor. Eccl. p. 499.

& alios, morsus conscientiæ in impiis & damnatis *Rom. II, 15. Sap. V, 3.* ipsi etiam Diaboli *Matth. IIX, 29.* non inficiantur: quod
D. DEUS Trinunus, (q) tanquam causa effic. *damnationis per modum pœnæ* spectatæ *Matth. X, 28. 2. Thess. I, 6. seq.* Nota hic (α) quod damnationis, *quatenus est privatio* visionis beatificæ, nulla detur causa effic. physica: (β) quatenus involvit *actus intellectus & voluntatis*, eorum causæ sunt ipsi damnati: (γ) *doiorum corporis* causæ proximæ sunt partim ignis infernalis, partim mali angeli *Matth. XIIX, 34.* vi justitiæ suæ vindicativæ, (r) quæ est causa impuls. interna, hominibus finaliter in-
P. credulis (s) *2. Thess. I, 8. Marc. XVI, 16. Joh. III, 18. 36 1. Joh. V, 12. Rom. II, 5.* quorum ingens numerus (t) *Matth. VII, 13. Luc. XII, 32. 1. Cor. VI, 9. 10. Gal. V, 19. seq. Apoc.*
D. *XXI, 8. 27. XXII, 15.* propter peccata ipsorum non expiata, (u) *Jac. I, 15.* maxime propter finalem incredulitatem, fidelibus

(q) *Gerh.* Isag. 1938. & 1939. *Bajer.* 412.
(r) *Bajer.* 415.
(s) *Gerh.* Isag 1957. *Bajer.* 418.
(t) *Gerh.* Isag. 1957.
(u) *Bajer.* p. 415.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0072
DFG

bus enim peccata sua propter Christum non C.
imputantur *Rom. IIX, 1. 12. seq. 1. Petr. III, 18.*
seq. ex parte animæ carebunt enim P.
visione Dei beatifica (x) *Joh. III, 36. Matth.* D.
XXV, 41. & ex adverso videbunt DEUM ut
peccatorum suorum vindicem *Apoc. VI, 17.*
inde loco amoris & gaudii aderit in *voluntate*
odium DEI *l. c. v. 16.* & sui ipsorum *Sap. V,*
4. dolor & desperatio perpetua *Rom. II, 9.*
Apoc. IX, 6. Ergo anima impiorum æque
ac piorum proprie loquendo immortalis est, E.
(y) *contra Socinianos, Sec XVI. Matth. XXII,*
32. horum autem, (cum peccatis venialibus
decedentium) *Purgatorium Pontificium* (z)
cum Limbo Patrum (a) & infantum (b) ante
baptismum morientium Scriptura ignorat: E.
& corporis, quod cum anima cruciabi-
tur igne a nostro quidem distincto, vero ta- D.

 men

(x) *Bechm.* Ann. in Hut. 577. *Gerh.* Isag. 1942.
(y) *Bechm.* Theol. Pol. 1092. Ej. Annot. in Hutt. 937. *Scinecc.* Pædagogtæ Christian. Parr. II. p. 329. sqq.
(z) *Quenstedt.* Disput. De Oratione Viventium pro defunctis Pontificia. *Gerh.* Isag. 1743. sqq. *Scherzer* Anti Bell. 433. sqq. *Dieter.* Instit. 557. sqq. *Bechm.* Ann. in Diet. 310. Ej. Ann. in Hutt. 987. *Eckard.* 623.
(a) *Bechm.* Ann. in Diet. 284. *Gerh.* Isag. 1738. sqq. Ej. Annot. in Hutt. 994. *Eckard.* Pandect. 614.
(b) *Bechm* Ann. in Hutt. 986. *Gerh.* Isag. 1738. *Eckard.* Pandect. Controv. cum Pontif. 619.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0073
DFG

men & proprie dicto, (c) 4. *Esdr. IX, 13.*
F. *Marc. IV, 47. Apoc. XXI, 8.* eoque inextingvi-
bili *Esa. LXVI, ult Matth. III, 12. XXV, 41.*
D. in inferno quem in πῦ aliquo reali esse
E. probamus ex *1. Pet III, 19. Luc. XVI, 28. con-*
tra Atheos & Epicuræos. Eundem esse extra
mundum, (d) mundus quippe in seculi con-
D. summatione destruetur, itemque extra cœ-
lum beatorum, patet ex *Apoc. XXII, 25. Luc.*
XVI, 23. æternum (e) *Matth. XXV, 46.*
E. *Dan. XII, 2. 2. Thess I, 9. contra Origenistas Sec.*
II. Anabaptistas Sec. XVI. (f) *& alios,* infli-
get, nonnullos quidem gravioribus pœnis
D. afficiendo, ac alios, (g) *Matth. X, 15. XI, 22.*
E. *seq. Luc. XII, 47 sq. Sap. VI, 7. contra Jovi-*
D. *nianistas: Sec. V,* (h) ad justitiæ, ve-
raci-

(c) *Gerh.* Isag. 1952.
(d) *Bechm.* Ann. in Dieter. 307. *Gerh.* Isag. 1937. 1958. Ej. Ann. in Hutt. 975. *Scherz.* Anti-Bell. 205. *Eckard.* Pandect. 646.
(e) *Bechm.* Theol. Pol. 1124. Ej. Ann. in Diet. 308. sqq. Ej. Ann. in Hutt. 980. *Gerh.* Isag. 1945-1950. *Musæus,* in Aug. Conf. art. XVII. §. 17.
(f) De Anabapt. Conf. *Calvör.* Fissur Sion p. 411. & 435. *Joh. Henr. Olzius* in Annalibus Anabaptist. it. *Spanh.* in Elench. Controvers.
(g) *Gerh.* Isag. 1955. *Dieter.* 556. *Bechm.* Annot in Diet. 310.
(h) De Jovinian. conf. *Calvör.* Fissur. Sion. 248. *Rechenb.* Histor. Eccl. 122. *Chytræi* Onom. 440.

racitatis & potentiæ Divinæ gloriam. *Rom. II, 5. Apoc. XXI, 5. 8. 2. Theſſ. I, 9.*

PART I. CAP. IIX.

De Morte Temporali. (i)

MOrs, via omnis terræ, *Joſ. XXIII, 14.* qua h. l. non notantur (1) calamitates. *Exod. X, 17.* nec (2) mors ſeu renunciatio *ſpiritualis* fidelium, *Rom. VI, 2.* aut infidelium, *Eph. II, 5. 1. Tim. V, 6.* nec (3) æterna *Joh. IIX, 51.* ſed (4) *temporalis* pro ſtatu ſumta, actus enim fit per ipſam ἀνάλυσιν *Phil. I, 23.* ad quam, ut beata ſit, homo digne ſe præparet (k) *2. Cor. V, 5. Luc. II, 29.* eſt privatio vitæ animalis, imo ab omnibus terrenis ſeparatio, quæ ideo abnegandа ſunt: *Joh. I, 21. Pſalm. XLIX, 18. LXXIII, 17. ſeq. 1. Tim. VI, 7.* ex diſſolutione animæ, *Joh. XIX, 30. 1. Reg. XVII, 21. Luc. IIX, 55.* quæ facta diſſolutione, ſuperſtes manet:

D. P. D. P. D. P.

(i) *Bajer.* 423. de Synonym. *Gerh.* Iſag. 1698. de Homon. Idem: d. l. 1697. *Bechm.* Ann. in Hutt. 931. *Bechm.* Inſt. Th. 734.

(k) An v. liceat mortem maturam expetere vid. *Gerh.* Iſag. 1711. *Bechm.* Inſt. Th. 741.

Universitäts Bibliothek Rostock http://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn1047367793/phys_0075 DFG

E. net: (l) *Eccl. XII, 7.* contra Epicuræos *Sap.*
C. *II, coll. Gen. XXV, 32. 1. Cor. XV, 32* pia a-
pud Dominum (m) *2. Cor. V, 8 Apoc. XIV, 4.*
Luc. XVI, 22. XXIII, 43. in pia vero in inferno,
D. *Act. I, 25. Luc. XIV, 23.* & corporis, quod
honeste sepeliendum, (n) *Gen. III, 19. Dan.*
E. *XII, 2. (contra reliquiarum cultum meritori-*
um apud Pontificios usitatum,) (o) nisi ante-
P. gressa delicta sepulturam asininam merue-
D. rint, *Jer. XXII, 19.* proveniens, quæ
a Satana causarum moralium prima (p)
Joh. XII, 44 Gen. III. 1. seqq. Ebr. II, 14. Sap.
II, 24. per peccatum primorum
parentum, *Gen. II, 17. III, 3. seq. Rom.*
P. *V 12. 1. Tim. II, 14.* En! peccati gravita-
tem! *Psalm. XC 8. seq. Rom. VI, 23.* justo
D. DEI judicio, DEUS quidem non est
causa mortis simpliciter, *Ezech. XIIX, 23.*
Sap. I, 13. XI, 27. est tamen causa mortis ut
pœnæ, *Ps. XC, 3. 7.* Cæterum *causæ mora-*
les

(l) *Bechm.* Annot in Hutt. 937. *Selnecc.* Pædagog. Christ. Part. II. p. 329. sqq. *Gerh.* ag. 1731 *Bechm.* Inst. 7, 6. *Dieter.* 517. *Bechm.* Instit. in Dieter. 282.
(m) *Bechm.* Ann in Hutt. 941. sqq.
(n) *Gerh.* Isag. 1716.
(o) *Gerh.* Isag. 1721 1718.
(p) de causis vid. *Gerh.* Isag. 1699. sq. *Bechm.* Ann. in Hutt. 932. *Bechm.* Inst. 734. sq. *Bajer.* 426.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0076
DFG

les mortis aliquando sunt morientes ipsi, P.
1. Sam. XXXI, 4 aliquando homines alii, *Judic.* D.
IX, 54. 2 Sam XI, 15. XIII. 28. Ezech. XXXIII, 6.
aliquando Spiritus boni *Act. XII, 23.* aut mali
Job. I, 19. 2. Par. XVIII, 21. Causæ *physicæ* (q) effectus positivi, nempe ipsius dissolutionis autem sunt vel *naturales* (defectus humidi & calidi nativi,) vel *præternaturales*, (morbi vehementiores,) vel *violentæ* e. g. ignis, aqua, gladius &c. Nemo tamen forte fortuna, sed quilibet sapientissimo DEI C.
consilio moritur, *contra Epicuræos Job. XIV*, E.
5. Psalm. XXXI. 16 CXXXIX. 16. 2. Petr. I, 14.
ad omnes homines (r) carnaliter D.
generatos, (s) *Gen. III, 19 Ebr. IX, 27. Job.*
XXX, 23. excepto Enocho & Elia (t) *Gen. V,*
24. 2. Reg. II, 11 Ebr. XI, 5. exceptis quoque
immutandis, (u) *1. Cor. XV, 51. Apoc. XIX, 20.*
Nihilominus omnes se mortales esse, discant, P.
Psalm. XXXIX, 6 XC. 12. Ecclesiast. XXXIIX,
23. Credentes etiam sunt liberati a morte
(α) *spirituali*, *Rom. IIX, 2. 8. seq.* (β) *temporali*, C.
quæ illis non est pœna, sed transitus ad vi-

(q) *Gerh.* Isag. 17 o. *Bechm.* Inst. 735.
(r) *Gerh.* Isag. 1708.
(s) *Bechm.* Ann. in Hutt. 923.
(t) *Bechm.* Ann. in Hutt. 934. seqq.
(u) An mutatio illa sit Mors conf. *Musæi* Explic. Aug. Cont. Art. XVII. §. 11. *Gerhard.* Isag. 1856.

Universitäts Bibliothek Rostock http://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn1047367793/phys_0077 DFG

tam *Joh. XI, 25. seq. Apoc. XIV, 13.* (y) *æter-*
P. *na, Joh. IIX, 51.* qui proinde non sibi ipsis. sed
D. DEO moriantur *Rom. XIV, 7. seq. Psalm.*
XXXI, 6. Act. VII, 59. transit, *Rom. V, 12.*
ad justitiæ Divinæ gloriam.
Psalm. XC, 7.

PART. I. CAP. IX.

De

Resurrectione Mortuorum.

D. REsurrectio (x) mortuorum
non metaphorice, *Col. III, 1. Apoc. XX. 5.*
sed proprie accepta, cujus existentia & natura
P. humanæ rationi incognita est. *Sap. II, 1. seq.*
quapropter e Scripturis S. est demonstranda
E. (y) *contra Sadducæos & alios, Matth. XXII,*
23. Act. XVII, 18 XXIII, 8. transitive ac-
E. cepta, quæ alias resuscitatio dicitur; (*in-*
transitive enim est reditus ad vitam seu egres-
sus e sepulchro) est actio DEI Trinu-
nius (z) ad extra *Ezech. XXXVII, 12. Hos.*
XIII, 14. Rom. IV, 17. 2. Cor. I, 9. Chri-
stique

(x) *Dieter.* 516. *Gerh.* Isag. p. 1821.
(y) *Dieter.* Inst. Catech. 516. *Bechm.* Ann. in Diet.
289. *Bajer.* 444. *Gerh.* Isagog. 1821. & 1835.
Bechm. Theol. Pol. 1099.
(z) *Gerh.* Isag. 1836.

stique Θεανθρώπῳ (a) secundum utramque naturam, quia resuscitatio requirit virtutem infinitam, *Joh. V, 21. 25. 27. seq.* qua ex justitia sua, remuneratoria respectu piorum & vindicativa respectu impiorum *Esa. XXVI, 19. 2 Cor. V, 10. 2. Thess. I, 5.* corpora hominum mortuorum eaque sola & eadem numero quæ in hac vita habuerunt, (b) *(contra Socin & alios Joh. XIX, 25.* (c) *Dan. XII, 2.)* aliis tamen gaudentia qualitatibus, (d) *Matth. XIII, 43. Phil. III, 21. 1. Cor XV, 42. seq.* (Absit ergo, ut glorificanda hæc corpora impuritate peccatorum conspurcemus *1. Cor. VI, 14. seq.)* omnium, *Joh. V, 28. Act XXIV, 15.* fidelium quidem propter meritum Christi finali fide apprehensum *Joh. XI, 25. 1. Cor. XV, 22.* Surgamus ita-

(a) *Bechm.* Inst. 743.

(b) *Dieter.* 520. *Bechm.* Ann. in Diet. 290. *Bajer.* 250. *Gerh.* Isag. 1843. sqq. *Bechm.* Inst. 742. *Bechm.* Ann. in Hutt. 955. *Gerh.* Dispp. Theol. p. 217. 868. sq. *Dieter.* 521.

(c) An Resurrectio Mortuorum probari possit ex Job. XIX. 25. conf. *Gerh.* Dispp. Th. p. 1165. Ej. Tr. de Resurrection.

(d) *Bechm.* Ann. 962. *Dieter.* 522.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0079
DFG

P. itaque cum Christo spiritualiter! (e) *Eph. II, 5. seq. Rom. VI, 4. IIX, 11.* infidelium vero
D. propter peccata sua & impœnitentiam finalem *2. Cor. V, 10.* sicque nullatenus
E. virtute meriti Christi, (f) *contra Boëtium:*
D. *Sec. XVII.* (g) resuscitabit & cum animabus suis reduniet, *Job. l. c.* idque in eadem statura, in qua homo mortuus fuit, (h) *contra*
E. *Thomam & alios, Apoc. XI, 18. XIX, 5. XX, 12.*
C. *1. Cor. XV, 43. 53. seq.* ut illi plenæ beatitudinis (i) *1 Thess. IV, 13. seq. vid. præcedens Cap. VI.* & hi consummatæ
D damnationis participes fiant, *Dan. XII, 2. Joh. l. c.* utrinque autem justitia Divina glorificetur.

PART.

(e) *Gerh.* Disp. Theol. 1464.
(f) *Bechm.* Theol. Pol. 1107. *Gerh.* Isagog. 1839. sqq. *Bechm.* Ann. in Diet. p. 291. Ej. Ann. in Hutt. 958. *Bechm.* Inst. 745. sqq.
(g) De Boetio vid. *Rechenb.* Histor. Eccl. 656. conf. *Andr. Caroli* in Memorab. Ecclesiast. Sec. XVII. P. I. L. 2. p. 326.
(h) *Gerh.* Isag. 1849. *Thom. Aquin.* sub Voce Resurr. n. 16. & 23. *Brochmand.* 609. *Misanders* Cornu Copiæ P. III. 476.
(i) De fine *Gerh.* Isag. 1851.

PART. I. CAP. X.

De

Judicio extremo (k) & consummatione seculi.

§. I. *De Judicio.*

JUdicium (l) extremum & universale, *Judæ v. 6.* cujus diem DEUS nobis revelare noluit (m) *Marc. XIII, 32.* (contra multorum calculationes arithmeticas:) futura tamen ejus existentia (n) e Scripturis S. est certissima; DEUS enim nos admonet hujus judicii *signis* (o) tum *communibus* e. g. hæresibus *Matth. XXIV, 24. 1. Tim. IV, 1.* bellis & aliis calamitatibus publicis, *Matth. XXIV, 6. seq.* tum *propinquioribus*, quæ vel remotiore intervallo judicium antecedent, e. g. revelatio antichristi 2. *Thess. II, 3. sq.* vel propinquiore e. g. Judæorum notabilis conversio, (p) quam quidam statuunt e *Deut. IV, 30. Rom. XI,* D. E.

(k) Aug. Conf. Art. XVII. p. 14. Apol. 217.

(l) Homon. & Synonym. vid. apud *Gerh.* in Isag. 1857. sqq.

(m) *Gerh.* Isag. 1886. sqq.

(n) *Dieter.* 424. *Baj.* 454. *Gerh.* Isag. 1860 - 1866.

(o) *Baj.* 455. *Bechm.* Ann. in Hutt. 951. *Gerh.* Isag. 1888 - 1896.

(p) Disput. *Niemanni* de Mysterio Israel. salvandi ex Rom. XI, 25. seq. *D. Müller* Fest. Evang.

Schluß-

D. *XI, 25. seq.* urbis Hierosolymitanæ desolatio, *Apoc. XIIX, 8. & 21.* Gogi & Magogi excidium, *Apoc. XX, 8.* singulares siderum eclipses & casus, *Matth. XXIV, 29. Luc. XXI, 25.* Instante ipso judicio *peculiare* quoque *signum* conspicietur, quod *Filii hominis* vocatur
P. *Matth. XXIV, 30. seq.* Hæc probe attendamus *Luc. XXI, 28. Ecclesiast. XI, 9. Eccles. VII, 30.* nec ob adventus dilationem securi fiamus! *2. Pet. III, 3. seq. 1. Thess. V, 3. seq. Matth. XXIV. 48.*

D. *XXV, 5.* erit actio externa DEI Tuinunius (q) *Psalm. IX, 9. Act. X, 42. Ebr. XII, 23.* Christique hominis (r) *Matth. XXV, 31. seq. Joh. V, 22. 27. Act. XVII, 31. contra quosdam Calvinianos.* Huic
E. Judici tanquam fratri & mediatori nostro
C. cum gaudio obviam ire poterimus (s) *Luc. XXI, 28. 1. Thess. V, 4. 1. Joh. II, 28. IV, 17.*

D. in nubibus cœli, non in valle Josa-
E. phat, (t) *contra quosd. Pontif. 1. Thess. IV, 16. Phil.*

Schluß-Kette. 59. it. Epistol. Schlußk. 652. *Jo. Christoph. Wagenseils* Tr. Hoffnung der Erlösung Isr. *Gerh.* Disp. Th. 1059. sq.

(q) *Dieter.* 422. *Gerh.* Ilag. 1866.

(r) *Bajer.* 459. *Bechm.* Inst. 751. *Gerhard.* Ilag. 1867. sqq.

(s) *Gerhard.* Disp. Th. 441. sq. 749. sq.

(t) *Dieter.* 422. *Bechm.* Institut. 755. *Gerhard.* Ilagog. 1885.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0082
DFG

Phil. III, 20. visibiliter apparentis, *Matth. XXIV, 30. Apoc. I, 7.* Unus autem D.
est descensus Christi visibilis cum judicio ul- E.
timo & universali resurrectione conjunctus, D.
contra Chiliastas (u) *1. Thess. IV, 16. seq.*
qua secundum justitiam suam
2. Thess. I, 6. homines omnes, (x) E.
etiam *Pontificiorum* perfectos *2. Corinth. V, 10.* D.
Rom. XIV, 10. quorum cogitationes, dicta,
& facta, etiam occulta juxta legem & Evange-
lium erunt judicanda *Matth. XII, 36. Joh.*
XII, 48. Rom. II, 12. 2. Thess. I, 7. seq. 1. Cor.
IV, 5. Jac. II, 12. Omnes ergo rite se præpa- P.
rent! *Act. XVII, 30. Luc. XXI, 34.* ange- D.
losque malos, *Matth. XXV, 41. 2. Petr.*
II, 4. Judæ v. 6. mediante bonorum
an-

(u) *Bajer.* Dissert. de Regno Christianorum glorioso in his terris per Christum erigendo *Aug. Pfeifferi* Anti-Chiliasmus. *Hoë* in Cap. XX. Apocal. Joh. p. 226. *Adam. Tribechovii* Dissert. de Chiliasmo. *Bechm.* Th. Pol. 1112. *Mülleri* Fest Epistol. Schluß. 652. *Gerhard.* Isag. 1921. sqq. *Bechm.* Ann. in Diet. p. 216. *D. Buddei* Lexicon Universale sub Voce Chiliasmo. *Baj.* Dissert. de Fide Christo redeunte vix invenienda Luc. XVIII, 8. p. 30. *Casp. Sagittarius* in Introduct. ad Histor. Eccl. 910.

(x) *Bajer.* 462. *Bechm.* Inst. 753. *Gerh.* Isag. 1873.

angelorum *Matth. XXIV, 31. XXV, 31. 1. Theſſal. IV, 16.* hominumque ſanctorum opera (y) *Matth. XIX, 28. 1. Co-*
C. *rinth. VI, 2.* (patet inde credentium ſtatus illuſtris,) ad tribunal coget habita-
D. que ratione fidei, (z) quæ eſt cauſa impulſ. externa *judicii abſolutionis* (a) contra
E. Pontificios *Joh. V, 24.* aut peccatorum & incredulitatis finalis, *Joh. III, 18. XII, 48. Marc. XVI, 16. Apoc. XX, 12.* piis
D. plenam beatitudinem, *2 Tim. IV, 7. 8.* impiis vero & dæmonibus conſummatam miſeriam adjudicabit, *Matth. XXV, 32 ſeqq. Rom II, 6. ſeq. 2. Cor. V, 10.* Intuitu juſti hujus judicii
P. omnem hujus ſeculi injuſtitiam patienter fera-
C. mus! *Jac. V, 8. Ebr. X, 37. Sap. V, 1 ſqq.* ad ſapientiæ, potentiæ & juſtitiæ ſuæ gloriam. (b) *2. Theſſ I, 5 ſeqq.*

§. II.

(y) *Gerh.* Iſag. 1871. *Bajer.* 461. *Bechm.* Inſtit. 752.
(z) *Baj.* 460. *Bechm.* Inſt. 754. *Gerh.* Iſag. p. 1876. ſqq.
(a) De Diſtinctione in Jud. Diſcuſſionis & Abſol. vid. *Tarnov.* in Joh. 311. it. *Muſæus* in Expl. Aug. Conf. Art. XVII. §. 14.
(b) *Bajer.* 367. *Gerh.* Iſag. 1884.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0084
DFG

§. II. De fine mundi.

Consummatio (c) seculi, (d) D.
quæ peracto judicio statim sequetur, *1. Cor. XV, 24.* erit actio externa DEI
Trinunius, contra Stoicos, qui ad causas E.
naturales interitum mundi referunt (e) *Psalm. CII, 26. seq.* qua cœlum, non exceptis D.
cœlis superioribus aut empyreo: (f) *contra* E.
nonnullos Scholast. & Reformatos; & terram D.
Marc. XIII, 31. omniaque corpora,
cum quibus liberationem a vanitate desidere- P.
mus: *Rom. IIX, 20. seqq. Apocal. XXII, 17. 2.*
Petr. III, 12. per ignem proprie di- D.
ctum, non tamen elementarem, (g) *l. c. v.*
7. 10. (contra Senecam, qui per aquam mun- E.
dum interiturum, existimavit) *quoad substan-* D.
tiam, (h) *Apoc. XX, 11. XXI, 1.* Ergo non se-

(c) *Baj.* 469. De Vocab. Consummationis & Finis Mundi vid. *Musæi* Explicat. Aug. Conf. Art. XVII. §. 4. it. *Gerh.* Isag. p. 1899. sq.
(d) De Voce Seculi vid. *Gerh.* Isag. p. 1900.
(e) *Cic.* Lib. 2. de nat. Deor.
(f) *Gerh.* Isag. p. 1909.
(g) *Musæi* Expl. Aug. Conf. Art. 17. §. 16. *Gerh.* Isag. p. 1906. sqq.
(h) *Bechm.* Theol. Pol. p. 1119. *Gerh.* Isag. p. 1911. 1920. *Musæi* in Aug. Conf. Art. 17. §. 16. *Bechm.* Ann. in Hutt. 947.

cundum qualitates tantum, uti plures Irenæ-
E. us, Cyrillus & alii existimant: destruet (i)
Ebr. I, 10. seqq. contra Æternales, Platon. &
P. *Epicuræos 2. Petr. III, 4.* Cur igitur hæc transitoria tanti æstimamus? *Matth. VI, 18. seq. 1. Cor. VII, 29. seqq. 1. Joh. II, 16. 1. Petr. I, 4.* ad potentiæ suæ gloriam. (k)

PART. II. CAP. I.
De
Peccato *in genere.* (l)

D. PEccatum, a quo homo *peccator, qui est subjectum oper. Theologiæ R.* suam habet denominationem, in specie, peccatum *morale* abstractive acceptum, (m) qua ratione mera privatio est, atque ad ejusdem rationem formalem *τὸ voluntarium* non requi-
E. ritur, (n) *contra Bellarminum, Rom. VII, 19.*
P. est ANOMIA. *1. Joh. III, 4.* Caveamus itaque, ne ex re indifferente peccatum faciamus, *Matth. XII, 2. XV, 2. XXIII, 24. Joh. V, 10. Col.*

(i) *Gerh.* Isag. 1901-1906. *Backius* in Comment. ad Psalm. CII. p. 34.
(k) *Gerh.* Isag. 1920.
(l) *Bajer.* 471. Etym. vid. apud *Dieter.* 214. & *Gerh.* Isag. 554.
(m) *Bechm.* Instit. Th. 316. Ej. Ann. in Hutt. 354.
(n) *Bajer.* 483. *Bechm.* Inst. 328. & 337. *Eckard.* Pandect. Controv. 687. seq. *Gerh.* Dispp. Th. 1099.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0086
DFG

Col. II, 16. 20. seq. 1. Timoth. IV, 2. seq. & vice versa *Es. V, 20. Sap. II, 12. 16* **Concretive** vero, *Jac. I, 14. 15.* **est creaturæ,** DEUS enim nec moraliter, nec physice causa E.
peccati est, (o) *Psalm. V, 5. seq. Matth. XIX. 17. Jac. I, 13. 17. contra Libertinos Sec. XVI.* (p) D.
& alios: **rationalis** ad bonum non determinatæ, (q) peccati enim causa primaria est Diabolus *1. Joh. III, 8.* Dein perversa homi- P.
nis voluntas, *Rom. V, 12. Jac. l. c.* Ergo nobis ipsis peccatum est imputandum *Gen. III, 12. sqq. Psalm. LI, 7.* **actio aut omissio, habitus aut ejus absentia pugnans cum lege DEI** (r) tum æterna in DEO, tum concreata, cujus cum aliqua tantum man- D.
serint vestigia, DEUS in Decalogo summam ejusdem repetiit, *Exod. XX, seqq.* quam Christus explicavit & a corruptelis Pharisæorum purgavit & vindicavit, *Matth. XXII, 37. seqq.*

(o) *Bajer.* 481. *Dieter.* 217. *Bechm.* Ann. in Hutt. 356. sqq. *Bechm.* Inst. Th. 318. sqq. Ej. Ann. in Dieter. 93. seqq. *Gerh.* Ifag. 414. 424. August. Conf. Art. XIX & Apolog. 219. sq. *Bechm.* Th. Pol. 348. *Eckard.* Fasc. Controv. cum Calvin. 411. sqq. *Musei* Expl. Aug. Conf. Art XIX. §. 3. sq.
(p) De Libertinis vid. *Calvör* Hist. Sion. 465. sqq.
(q) *Baj.* 482.
(r) *Bajer.* 473. sqq. *Bechm.* Ann. in Hutt. 354. *Bechm.* Inst. 316.

V, 22. *seqq. vid. infra part. 3. cap. 7.* Est autem illud quoque revera peccatum, quod
P. contra legem aliquam positivam humanam committitur, *Rom. XIII, 1. seq.* modo lex humana non contrarietur divinæ (s) *Act. IV, 19. V, 29.*
D. creaturam rationalem, quæ est subjectum peccati cum omnibus suis partibus & facultatibus, non bruta, (t) *Matth. XXII, 37. Rom. VI, 13. 19.* culpabilem ac pœna dignam reddens. Reatus (u) enim cul-
P. pæ & *pœnæ* proprie dictæ, (quæ a piorum castigationibus paternis probe distinguenda *Prov. III, 12. Apoc. III, 19.*) cum *temporalis*, ex parte animæ *Esa. XXXIII, 14. LIX, 2. Rom. I, 28.* & corporis, *Gen. III, 16. seqq. Rom. VI, 22*, tum
D. æternæ *Matth. XXV, 46.* est consequens peccati.

PART. II. CAP. II.

De

Peccato Originis. (x)

D. PEccatum originis (y) originatum,

(s) *Bajer.* 478. *Bechm.* Inst. 316. Ej. Ann. in Diet. 92.
(t) *Bajer.* 483. sqq.
(u) *Bajer.* 485. *Breith.* Thes. 59. *Bechm.* Inst. Th. 351.
(x) Aug. Conf. Art. II. p. 10. Apolog. 50-59. Artic. Smalcald. 317. Epitome 572. sqq. Solida declarat. 639-654.
(y) Etymol. Homon. & Synonym. vid. apud *Gerh.* in Isag. 534.

tum, (z) ab origine defectionis ita dictum, cujus ſynonyma *Rom. VI, 6. 12. VII, 17. 20. 23 IIX, 1. Eph. IV, 22.* Exiſtentiam ejus ratio e ſuis principiis diſtincte agnoſcere nequit, (a) *contra Herbertum;* in Scriptura tamen manifeſtiſſime indicatur (b) *Gen. VI, 5. IIX, 21. Eph. II, 3. & ll. cc. contra Pelagianos Sec. V.* (c) & *alios:* eſt tum carentia juſtitiæ originalis, (d) & conſequenter eſt peccatum, (e) *contra Pontificios, Pſalm. LI, 7. Rom. V, 19. Ebr. XII, 1.* tum inclinatio totius naturæ ad prava, (f) *Rom. VII, 17. ſeq. IIX. contra eosdem* a Diabolo,

E. D. E. D. E.

(z) *Dieter.* 220. *Bechm.* Annot in Dieter. p. 95. *Bechm* Ann. in Hutt. 362.

(a) *Bayer.* 493. *Breithaupt.* Theſ. 60. conf. *Muſæi* diſpp. de Inſufficientia Lum. Nat. §. 37. p. 22. ſq.

(b) *Dieter.* 225. *Bechm.* Ann. in Diet. 96. ſqq. *Bechm.* Ann. in Hutt. 366. ſqq. Ej. Inſt. Th. 326. *Bechm.* Th. Polem. 431. ſqq. *Gerh.* Iſag. 533.

(c) De Pelagian. vid. *Rechenb.* Hiſtor. Eccl. 150. *Calvör.* Fiſſur. Sion. 240. ſqq. *Chytr.* Onom. Th. ſub Voce Pelagius 603. *Gerhard.* Iſag. 597.

(d) *Bechm.* Theol. Pol. 460. ſqq. *Gerhard.* Iſag. 535. ſq. it. 539. *Eckard.* Pandect. Contr. 702. *Scherz.* Anti-Bell. 655. *Breith.* Theſ. 67. qv. 2. *Gerh.* Diſpp. Th. p. 1081. 1598.

(e) *Eckard.* Pandect. 698.

(f) Concupiſcentiam in Renatis peccatum eſſe vid. *Bechm.* Ann. in Hutt. 379. *Bechm.* Theol. Pol. 470. *Graueri* Expoſ. Proph. Michæ. p. 85. ſqq. *Eckard.* Pand. 626. *Gerhard.* Iſag. 561. ſqq.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0089
DFG

D. *Gen. III, 1. seq. Joh. IIX, 44* Cujus tamen
C. opera Christus destruit *Gen. III, 15. 1. Joh. III, 8.*
D. **per lapsum protoplastorum** (g)
Gen. l. c. Rom. V, 12. 1. Tim. II, 14. **ad omnes homines,** etiam Mariam, (h)
E. *contra Mariolatras. Rom. l. c.* non tamen re-
C. gnat in omnibus *Rom. VI, 12. 16. seq.* **propagata** (i) per carnalem generationem,
E. (excipitur ergo Christus.) *contra Scholasticos* animam post infusionem peccato pollui asserentes: (k) *Psalm. LI, 7. Joh XIV, 14. Joh. III, 6.*
D. proinde peccatum originis tenacissime in hæret (l) *Rom. VII, 17. Ebr. XII, 1.* & recte homini *naturale* dicitur, (m) *ex Eph. II, 3.* non ta-
E. men est ipsa hominis substantia, (n) *Rom. ll. cc.*
P. *contra Flacium.* Interim P. O. non est extenuan-

(g) Quodnam principale protoplastorum peccatum fuerit vid. *Gerh.* Isag. 525. it. *Bechm.* Inst. 322. it. *Gerh.* Dispp. Th. p. 1596.

(h) *Bajer.* p. 512. *Bechm.* Th. Pol 445. & 458. *Bechm.* Inst. 331. sqq. Ej Ann. in Hutt. 372. sqq. *Eckard.* Pandect. Contr. p. 718. *Gerh.* Isag. p. 549. *Scherz.* Anti-Bell. 662. sqq. *Gerh.* Dispp. Th. p. 44. sq. 1567. sq.

(i) *Gerh.* Dispp. Theol. 231.

(k) *Eckard.* Pandect. 711.

(l) *Baj.* 523.

(m) *Hebstr.* Metaph. p. *Dieter.* Inst. Catech. 226.

(n) Epitome 573. *Bechm.* Theol. Pol. 480. *Gerh.* Isag. 541. sqq. it. *Schlüsselburg.* Catalog. Hæretic.

nuandum, est enim ineffabile malum OMNES D.
facultates, (qui sunt subjectum Quo peccati Orig.) ad spiritualia ineptas & ad mala quævis propensas reddens, (o) intellectus enim privatus est luce spirituali *Eph. V, 8. 1. Cor. II, 14. Joh. III, 12,* voluntas caret sanctitate originali *Eph. II, 5. IV, 18. Phil. II, 13.* in appetita sensitivo est privatio obsequii *Rom. VII, 8. 23.* membra quoque corporis sunt inquinata *Rom. III, 13. seq. 1. Cor. VI, 15.* adeoque subjiciens iræ Divinæ, (p) *Eph. II, 3.* & morti *temporali Gen. III, 16. seqq.* quam præcedunt morbi & variæ ærumnæ *Gen. II, 17. Rom. III, 19. VI, 23. spirituali Rom. IIX, 13. Eph. II, 1. 1. Tim. V, 6.* & æternæ: (q) *Contra quosdam Roma-* E.
nenses ll. cc. & Devt. XXVII, 26. Gal. III, 10. Nisi per Christum remittatur. (r) *Rom. IIX, 1.* C.
1. Cor. XV, 56. seq. 1. Joh. I, 7.

tic. Lib. II. conf. *Musæi* Prælectiones in Epitom. Form. Concord. 42. sqq. eleganter.. *Bechm.* Ann. in Hutt. 386. sqq. *Breith.* Thes. p. 67. *Dieter.* 229. sqq.

(o) *Gerh.* Isag 544. sq. *Bajer.* 517. *Bechm.* Inst. Th. 324. *Gerh.* Dispp. Th. 276. sqq.

(p) *Gerh.* Isag. 550.

(q) *Bechm.* Annot. in Hutt. 375. *Scherz.* Anti-Bell. p. 659.

(r) De Remissione vid. *Gerh.* Isag. 551.

Universitäts Bibliothek Rostock http://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn1047367793/phys_0091 DFG

PART. II. CAP. III.

De

Peccato actuali. (s)

§. I. De natura P. A. in genere.

D. PEccatum actuale, quod a potiori ita dicitur: Nota hic, quod actiones internæ sine deliberatione ortæ, referantur ad peccatum originis, distinguimus enim inter carnem & opera carnis, (t) *Gal. V, 19. seqq.* est actio aut actionis omissio, est peccati actualis materiale, voluntaria, est formale. *Causæ* (u) ejus *extra hominem* sunt *Diabolus 1. Joh. III, 8. Eph. II, 2. Act. V, 3. 1. Par. XXII, 1. 1. Sam. XVIII, 10. seqq.* qui homines quidem tentat *Matth. IV, 3.* non ta-
P. men ad peccatum necessitat, *Jac. IV, 7. Eph. VI, 11. 1. Petr. V, 9.* huc refer somnia diabolica, & *mundus* cum rebus suis *1. Joh. II, 15. seq. V, 19.* in quo homo quoque *peccati alieni causa* (x) fit *1. Reg. XI, 3. 1. Tim. V, 22. 2. Joh. v. 11. Apoc. XIIX, 4.* jubendo *Matth. II, 16.* svadendo *2 Sam. XVI, 21. Prov. I, 10.* approbando *Rom. I, 32.* excusando *2. Petr. II, 19.* tolerando seu non impediendo, *1. Sam. III, 13. Ezech. XXXIII,*

(s) *Bajer.* 528. *Dieter.* 231.
(t) *Breith.* Thes. p. 83. *Gerh.* Isag. 553.
(u) *Bajer.* 531. sqq.
(x) *Breith.* Thes. p. 91. *Gerh.* Isag. 577.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0092
DFG

XXXIII, 6. seq. XXII, 30. occultando, *Lev. XIX, 17.* simulando *Gal. II, 13.* conversando *2. Cor. VI, 14.* & quovis modo scandalizando *Matth. XVIII, 6. seq.* id quod post mortem durat *1. Reg. XV, 30. seq.* de qualibus Versiculi sequentes usurpantur:

Consulo, præcipio, consentio, provoco, laudo,
Non retego culpam, non punio, non reprehendo,
Non obsto, sed contribuo, & defendo aliena.

Intra hominem causa peccati actualis est ipsa D corrrupta natura seu P. O. quæ igitur de causis peccati orig. dicta sunt, huc quoque pertinent. Sunt etiam peccata præcedentia causæ sequentium, (y) quia removent id, quod peccatum impedit, nempe gratiam DEI, principiis itaque obstandum, *2. Tim. II, 16.* pugnans cum lege DEI æterna, P. est formale peccati actualis, quatenus in esse peccati constituitur *Jac. I, 14. seq.* adeoque subjiciens iræ Divinæ ac D. damnationi æternæ, Est consequens omnis peccati.

§. II. De *Divisionibus* peccati actualis.

Peccata Actualia distingvun-

(y) *Baj.* 542. *Gerh.* Isag. 559. sqq.

tur (z) 1) ratione causæ effic. in VOluntaria, proæretica & malitiosa, quorum causa est plena & deliberata voluntas, *1. Sam. II, 25. Luc XXII, 47.* & involuntaria, seu ignorantiæ *Ps. XIX, 13.* sumitur etiam pro renatorum P. infirmitatis & venialibus, *Rom. VII, 19. Gal. VI. 1.* (2) ratione materialis in peccata commissionis & omissionis, *Jac. IV, 17. Luc. XII, 47.* (3) ratione objecti immediati, in P. in DEUM *e. g. blasphemia, Idololatria* proximum *e. g. homicidium odium, furtum,* & peccantem ipsum, *e. g. ebrietas, fornicatio, αὐτοχειρία. 1. Cor. VI, 18.* (4) ratione graduum, in P. cordis, oris & operis, *Matth V, 21. sqq.* (5) ratione consequentis, (a) (α) in mortifera seu regnantia, quæ peccanti actu secundo ad mortem imputantur & alias minus recte vocantur *mortalia*, nam omne peccatum *per se* mor-
E. te æterna dignum est, *contra Pontif. Rom.*
D. *VI, 23. Jac. II, 10.* non tamen omnia peccata
E. sunt æqualia, *Joh. XIX. 11. contra Stoicos & Jovi-*

(z) *Baj.* 544. *Gerh.* Isag. 557. sqq. *Bechm.* Instit. p. 334. sqq.
(a) *Baj.* 549. *Gerh.* Th. 385.

Jovianos Sec. V. (b) & venialia, (c) per accidens sic dicta, quatenus fiunt a regenito, cui propter Christum remittuntur *1. Joh. I, 9. II, 1. seqq.* Licet vero peccata venialia non illico ipsam mortem completam inferant, damnum tamen spirituale causantur, & propterea minime extenuanda *Matth. XII, 36.* omni potius studio vitanda sunt, *2. Cor VI. 1. seq. VII, 1. Ebr. XII, 1. 1. Joh V, 18.* (β) in clamantia, (d) quorum quatuor notabiliora sequentibus includuntur versibus: E. P. D.

Clamitat ad cœlum vox sangvinis, *Gen. IV, 10.*) & Sodomorum *(c. XIIX, 20.)* P.
Vox oppressorum, *(Exod. III, 7. 22. 23. 27.)*
merces detenta laborum. *(Jac. V, 4.)*

A quibus non excluduntur delicta quævis atrociora, *e. g. si fratricidium est P. clamans, multo magis parricidium &c.* & non clamantia, quæ DEUS longanimitate sua tolerat. (γ) in remissibilia, *2. Cor. V, 19.* D. C.

(b) vid *Calvör.* 248. *Rechenb.* Histor. Eccl. 122.

(c) *Dieter.* 234. sq. *Breith.* Th. p. 87. *Bechm.* Theol. Pol. 500. *Scherz.* Anti-Bell 642. *Bechm.* Inst. Th. 340. Ej. Annot. in Hutt 393 *Eckard.* Pandect. Controv. cum Pontif. 735. sqq *Gerh.* Isag. 578. 583. Ej. Dispp. Th. 278 1596.

(d) *Breith.* Th. 91. *Bechm.* Inst. Th. 345. sq.

V, 19. Rom. V, 6. seqq. & unum irremissibile, quod dicitur pecca-
D. tum in Spiritum Sanctum: (e) *Matth. XII, 24. 30. seqq. Marc. III, 28. Luc. XII, 10.* dicitur quoque *peccatum ad mortem 1. Joh. V, 16.* it. *Blasphemia in Spiritum S.* Ejus subjectum *Quod* est homo adultus, convictus de veritate cœlesti. *Subj. Quo* est vo-
P. luntas deliberata, quæ non impeditur intellectus ignorantia *Ebr. X, 26. Objectum* est doctrina Spiritus S. semel approbata *Ebr. VI, 4. seqq.* inde etiam ratio denominandi desumta est. *Forma* est complexus trium actuum 1. malitiosæ abnegationis. 2. persecutionis. 3. perseverationis seu indurationis. *Joh. XI, 45 Act. IV, 16. seq. VII, 51.* Essentiale ejus *consequens* est incorrigibilitas, impœnitentia finalis & inde fluens irremisibilitas, *contra*
E. *nonnullos e veteribus.* Blasphemia vero commissa ex ignorantia & incredulitate dicitur
D. *peccatum in Filium hominis*, quod remissibile est, *vid. ll. cc. & 1. Tim. I, 13.*

PAR T.

(e) *Gerhard.* Isag. 586. *Dieter.* 236. *Bajer.* 551. *Bechm.* Instit. Th. 343. *Bechm.* Annot. in Hutt. p. 400. seq. vid. quoque *Förtschii* Dissert. peculiaris de hoc peccato. *Bechm.* Theol. Pol. 489.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0096
DFG

PART. III. CAP. I.

De

Gratia DEI. (f)

GRatia DEI, quæ inter *media* sa- D.
lutis principem locum obtinet, *Eph. II, 8.* aliisque nominibus (g) dicitur misericordia, *1. Petr. I, 3. Luc. I, 78.* amor, *Eph. II, 4. seq.* C. φιλανθρωπία & benignitas DEI *Tit. III, 4. 5.* & h. l. non sumitur *metonymice* pro habitu- D. alibus gratiæ donis nobis infusis *Eph. IV, 7.* aut pro *actualibus* gratiæ auxiliis *1. Cor. XV, 10.* quorum respectu *gratia Dei, secundum motus & gradus* suos spectata *distinguitur* (h) in prævenientem *Phil. I, 6. II, 13. Apocal. III, 20.* præparantem *Act. XVI, 14. Gal. I, 16.* operantem *Ezech. XXXVI, 26.* cooperantem & stabilientem *2 Corinth. XII, 9. Rom. VIII, 13. seqq. Phil. I, 6. 1. Petr. I, 5. V, 10. de quibus infra Cap. IV. seqq.* est actus, per modum affectus spectatus, sed citra imperfectionem, bonitatis divinæ, ut ita opponatur debito *Rom. XI, 6.* quo DEUS tanquam fons gratiæ *Rom. III, 24. 1. Petr. V, 10.* C. spe-

(f) Bajer. 553.
(g) Bajer. 555. Breith. Thes. 120. Bechm. Th. Instit. 362.
(h) Breith. Th. 129. sq. Bechm. Inst. p. 373.

ſpectata hominum miſeria per peccatum contracta, quæ eſt cauſa impulſ. externa, movetur, eſt actus formalis
E. gratiæ univerſalis, ut eos omnes, (i) *contra Calvinianos Joh. III, 16. 1. Timoth. II, 4.*
C. *Rom. XI, 32. 2 Petr. III, 9.* quod pœnitentium & afflictorum ſummum ſolamen *Pſalm. CIX, 21.* liberari & per Mediatorem Chriſtum *Pſalm. XLIX, 8. 1 Timoth. II, 5.* ad ſalutem pertingere per pœnitentiam & fidem
D. ſerio (k) velit, (caveamus tamen, ne
P. hanc DEI noſtri gratiam transferamus ad laſciviam *Judæ v. 4.*) in Sui gloriam *Eph. I, 5. ſeqq.*

PART. III. CAP. II.

De

Chriſto. (l)

§. I. *Perſonam* Chriſti delineans.

CHRISTUS, cujus plura in Scripturis nomina: *Eſ. IX, 6. Mal. III, 1. Col. I, 15. 1. Joh.*

(i) *Bajer.* 557. *Bechm.* Inſtit. Th. 365. ſqq *Bechm.* Theol. Pol. 512. ſqq. *Eckard.* Faſcic. Controv. cum Calvin. 304. ſqq. *Dieter.* 334. *Bechm.* Annot. in Hutt. 550. ſqq.

(k) *Eckard.* Faſc. Contr. cum Calv. 41. ſqq.

(l) Aug. Conf. Art. III. Apolog. 59. Artic. Schmalcald.

1. Joh. V, 20. & alibi: est verus DEUS, (m) de Cujus descriptione & Deitate *supra parte 1. cap. 1. §. 2.* per generationem æternam, per quam est Filius DEI patris, *Joh. I, 14. III, 16. Rom. VIII, 32. Psalm. II, 7. Mich. V, 2. Ebr. I, 3.* Inde sequitur (α) Ipsum tanquam verum Deum humillime P. & obedienter colendum, *Joh. V, 18. 23. Ebr. I, 6. Apoc. V, 13. 14. Luc. VI, 46.* (β) potentiam Ejus esse infinitæ virtutis, *Esa. IIX, 9. 10.* & verus homo, (n) *1. Tim. II, 5.* D. *Joh. IIX, 40.* qui ideo multoties *Filius hominis* in Scripturis dicitur: alias appellationes *vide Gen. III, 15. Jer. XXIII, 5. Gal. III, 16.* &c. per generationem temporalem, quam probant (1) genealogia, (o) *Matth. I, 1. seqq. Luc. III, 23. seqq.* (2) scausæ;

cald. 303. Epitome 605. Solida Declar. 761. *Dieter.* 138.

(m) *Dieter.* 342. *Gerh.* Isag. 232-256. It. 325. sqq. *D. Laur. Pfeifferi* Dispp. de æterna Christi Deitate. *Bechm.* Annot. in Hutt. 134. sqq.

(n) *Bajer.* 567. *Dieter.* 347. *Bechm.* Inst. 378. *Bechm.* Theol. Pol. 548. *Gerh.* Isag. 337. sqq. *Bechm.* An. in Hutt. 151. sqq.

(o) vid. *Calovii* Annotationes Anti-Grotianæ ad Genealogiam Christi sec. Lucam. Witt. 1668. it. *Selnec.* Pædagogia Christian. P. II. 177.

sæ; *efficiens*, per appropriationem, Spiritus S. *Matth. I, 18. Luc. I, 35.* *Materia* ex qua, massa sanguinea virginis Mariæ (p) *Gal. IV, 4. Luc. I, 42.* *Forma* plane miraculosa,
C. (q) *Luc. I, 34. seqq.* qua accepit naturam no-
D. stræ similem *Ebr. II, 14. 17.* infirmitatibus naturæ communibus, non æque peccaminosis obnoxiam *Ebr. IV, 15. 1. Petr. I, 19. II, 22.* (3) *Partes* essentiales hominis, anima *Luc. XXIII, 46.* & corpus *Joh. II, 21. Luc. XXIV, 39. contra omnes*, (r) qui vel cum *Apollinaris-*
E. *tis* Sec. IV. (s) humanam Christi naturam nostræ consubstantialem prorsus negarunt, vel cum *Eutychianis* Sec. V. (t) post unionem unam tantum naturam asseverarunt, vel cum *Marcionitis* Sec. II. (u) aliisque Christum corpus sidereum aut phantasticum habuisse
D. docuerunt: in una persona, (x) *1. Timoth. III, 16. II, 5. 1. Cor. VIII, 6. Rom. V, 19.* (con-

(p) De Virgine Maria vid. *Selnec.* Pædag. Christ. P. II. 191. *Bechm.* Annot. in Hutt. 156.
(q) *Baj.* 575.
(r) *Dieter.* 348.
(s) De Apollinar. vid. *Rechenb.* Histor. Eccl. 121. it. *Calvör.* Fissur. Sion. 230. *Chytræi* Onom. 87.
(t) De Eutychianis vid. *Rechenb.* Hist. Eccl. 152. *Calvör.* Fissur. Sion. 270. *Chytræi* Onom. 286.
(u) De Marcion. *Rechenb.* Hist. Eccl. 58. *Calvör.* Fiss. Sion. 123. *Chytræi* Onom. 499.
(x) *Baj.* p. 568. *Dieter.* p. 349. *Bechm.* Ann. in Hutt. p. 157. *sqq.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0100
DFG

(contra Nestorium) Sec. V. (y) per unionem E.
personalem (z) duarum naturarum, *Joh. I, 14.*
Col. II, 9. quam declarant propositiones perso- D.
nales, (a) *Matth. XVI, 13. Luc. I, 32. 1. Cor. XV,*
47. contra Samosatenianos, Sec. III. (b) *So-* E.
cin XVI & alios. Ex qua patet, humanam D.
Christi naturam per gratiam assumtionis in
ὑπόστασιν τῦ λόγυ esse intra Trinitatem, (c)
contra Bezam. E communicatione naturarum E.
fluit *communicatio idiomatum*, (d) de qua *tria*
prædicationum genera Theologi observant. D.
Primum, vocatur ἰδιοπόιησις, ἀντίθοσις & τρο-
πῶ ἀντιθόσεως (e) quando unius naturæ

F pro-

(y) De Nestorio vid. *Haffenreff.* LL. Theol. p. 343. *Rechenb.* Histor. Eccl. p. 151. *Calvör.* Fissur. Sion. p. 256. *Chytræi* Onom. p. 561.

(z) *Dieter.* p. 351. *Bechm.* Instit. p. 381. *Breith.* Th. p. 212. *Bechm.* Theol. Pol. p. 556. *Chemn.* Tr. de duabus Natur. in Christo p. 51. *Gerh.* Isag. p. 348. *Bechm.* Ann. in Hutt. p. 161. sqq.

(a) *Dieter.* p. 337. sq. *Bechm.* Instit. p. 383. *Bechm.* Ann. in Hutt. p. 171. *Gerh.* Isag. p. 293. 354.

(b) De Samosaten. vid. *Rechenb.* Hist. Eccl. p. 84. *Calvör.* Fiss. Sion. p. 174.

(c) *Bechm.* Th. Pol. p. 566. *Chemnitii* Tr. de duabus N. p. 444. *Gerh.* Isag. p. 349. *Eckard.* Fascic. Contr. cum Calv. p. 75.

(d) *Bajer.* p. 584. *Dieter.* p. 360. *Bechm.* Inst. Th. p. 384. *Breith.* p. 213. *Gerh.* Isag. p. 360. *Selnec.* Pædagog. Christian. 232.

(e) *Mart. Chemn.* Tr. de Duabus in Christo Nat. p. 169. *Gerh.* Isag. p. 295 it. 362. sqq. *Bechm.* Ann. in Hutt. p. 178.

propria tribuuntur alteri in concreto, *Actor. III, 15. 1. Cor. II, 8. Gal. IV, 4. Joh. VI, 62.*
E. Caveamus hic errorem *Theopaſchitarum* (f) Sec. VI. &c. & *Sabelliani* Sec. III. *Secundum*
D. Μεταποίησις, it. ὑπερύψωσις. (g) quo omnis majeſtas omnesque perfectiones Divinæ naturæ de humana natura prædicantur in abſtracto; e. g. omniſcientia (h) *Joh. II, 24. contra*
E. *Agnoëtas*, Sec. VI. (i) omnipotentia (k) *Joh. V, 19. 21. Matth. XXVIII, 18.* omnipræſentia (l)
E. *l. c. v. 20. contra Calvinianos:* & cultus adorationis, (m) *Matth. II, 11. XV, 21.* Ita tamen, ut
D. attributa ἐνεργητικὰ immediate, ἀνέργητα vero mediate tantum de Chriſto ſecundum hu-

(f) De Theopaſchit. vid. Hiſt. Eccl. *Rechenb.* p. 177. *Calvör.* Fiſſ. Sion. p. 277.
(g) *Bajer.* p. 595. *Dieter.* p. 360. *Bechm.* Inſtit. p. 387. ſeqq. *Bechm.* Theol. Pol. p. 568. *Chemn.* Tr. de Duabus Nat. in Ch. p. 246. *Gerh.* Iſagog. p. 296. 366. *Bechm.* Annot. in Hutt. p. 187.
(h) *Dieter.* p. 366. *Bechm.* Ann. p. 202. *Eckard.* Faſc. p. 127.
(i) De Agnoëtis vid. *Rechenb.* Hiſt. Eccl. p. 177. *Calvör.* Fiſſ. Sion. p. 293.
(k) *Dieter.* p. 365. *Bechm.* Ann. in Hutt. p. 201. *Eckard.* Faſc. p. 120.
(l) *Dieter.* p. 373. *Chemn.* d. l. p. 467. *Bechm.* Annot. in Hutt. p. 206.
(m) *Dieter.* p. 372. *Bechm.* Th. Pol. p. 579. Ej. Ann. in Hutt. p. 204. *Chemn.* d. l. p. 452. *Gerh.* Iſag. p. 299. 372. *Eckard.* d. l. p. 134.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0102
DFG

humanam naturam prædicentur. *Tertium* κοινοποίλα vel κοινοπόιησις, it. κοινωνία ἀποτελεσμάτων. (n) ubi omnia opera officii non uni naturæ soli, sed ambabus tribuuntur *1. Cor. XV, 3. Gal. I, 4. Eph. V, 2. 1. Tim. II, 5. 1. Joh. III, 8.* Illæ autem propositiones, quæ a nonnullis pro adstruendo *quarto genere communic. idiomatum* adducuntur, ad primum genus referri possunt. (o) E.

§. II. De *statu* exinanitionis (p) & exaltationis.

Idem Christus secundum humanam naturam solam *Phil. II, 6. seqq. contra Calvinianos*, exinanivit se, id est, communicatæ Majestatis Divinæ usu aliquandiu se abdicavit & formam servi assumsit (q) *Matth. XX, 28. Luc. II, 52.* sic abdicavit omniscientiam *Marc. XI, 13. XIII, 32.* omnipotentiam, *2. Cor. XIII, 4.* & omnia terrena quorum Dominus erat, ostensis tamen quandoque Majestatis suæ radiis *Matth. IIX, 20. IX, 4.* D. E.

(n) *Bajer.* p. 600. *Dieter.* p. 388. *Bechm.* Inst. p. 392. *Chemn.* Tr. de Duab. Nat. in Christo p. 216. *Gerh.* Isag. p. 296. 377. *Bechm.* Annot. in Hutt. p. 182 sqq.

(o) *Bajer.* p. 388.

(p) *Bajer.* 605. *Dieter.* 405. *Bechm.* Inst. p. 394. *Bechm.* Theol. Pol. p. 587. *Chemn.* d. l. p. 549.

(q) *Bechm.* Annot. in Hutt. p. 208. sqq.

Universitäts Bibliothek Rostock http://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn1047367793/phys_0103 DFG

& *alibi*, in conceptione, (r) *Esa. VII, 14. vide §. præced.* nativitate, (s) *Luc. II, 7. & ll. cc.* educatione, *Matth. XIII, 55. Luc. II, 48.* conversatione inter homines visibili, ubi Magistratui *Matth. XVII, 25.* variisque calamitatibus & laboribus subjectus fuit: & passione (t) usque ad mortem crucis, quam sequebatur *sepultura*, (u) de qua omnes Evangelistæ, & Apostoli *Act. XIII,*
C. *35. 37. Ebr. II, 9.* Nisi Christus ita humiliatus fuisset, omnes in Adamo superbi damnaremur *Gen. III, 5. seq. Rom. V, 18. seqq. 2. Corinth.*
P. *IIX, 9.* Discamus modo conformes fieri imagini ipsius, *Rom. IIX, 29. Matth. XX, 26. Phil. II, 3. seqq. Ebr. XI, 24. seqq.* Quem deinde DEUS secundum eandem natu-
D. ram exaltavit (x) *Esa. LIII, 12. Rom. VI, 9. Phil. l. c.* ut nos quoque gloriæ participes
C. faciat, *Rom. IV, 25. 1. Corinth. XV, 14.* (α) in

(r) *Bayer.* p. 606. *Selnec.* Pædagog. Christian. Part. II. p. 176.

(s) *Selnec.* d. l. p. 159. sqq.

(t) *Selnec.* d. l. p. 196. sqq.

(u) *Selnec.* d. l. p. 228.

(x) *Bajer.* p. 608. *Dieter.* p. 410. *Bechm.* Annot. in Hutt. p. 211. Formula Concord. p. 764.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0104
DFG

in resurrectione, (y) cujus causa efficiens est & Pater, & Christus ipse *Joh. X, 17.* D.
seqq. contra Socinianos: Subjectum Quod, E.
est Persona Θεάνθρωπος: Subjectum Quo,
idem corpus, quod antea habuit, sed glorifica- D.
tum *Phil. III, 21.* Cujus historiam *vide ap.*
omnes Evangelistas, credentium vero cum P.
Christo resurrectionem *vid. Rom. VI. 4. Col.*
III, 1. Eph. II, 4. seq. (β) descensu ad D.
inferos proprie dicto, (z) *1. Petr. III, 18.*
seq. quo se omnium hostium infernalium vi- C.
ctorem triumphans demonstravit, *contra Pon-*
tificios & nonnullos Calvin. *Hos. XIII, 14. Eph.* E.
IV, 8 seq. (γ) ascensione ad cœlos D.
(a) reali *Act. I, 9.* & nobis valde salutari *Joh.* C.
XIV, 2. Ebr. IX, 24. qua tamen corporis in cœ-
lum elati præsentia in terris non fuit subla- E.

(y) *Gerh.* Isag. p. 308. *Selnecc.* Pædagog. Christ. p. 270. *Gerh.* Disput. de glorioſa Christi Resurrectione.

(z) *Dieter.* p. 408. & 409. *Bechm.* Instit. p. 397. Formula Concord. p. 613. *Ecekard.* peculiar. Tr. de descensu Christi ad inf. *Gerh.* Isag. p. 307. sq. *Selnecc.* Pædagog. Christ. P. II. p. 263. *Bechm.* Ann. in Hutt. p. 212. *Scherz.* Anti-Bell. p. 294. *Eckard.* Pand. Controv. cum Pontif. p. 194. Opiniones Calvinian. vid. apud *Gerh.* Disp. Th. P. 164.

(a) *Selnecc.* d. l. p. 283.

Universitäts Bibliothek Rostock http://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn1047367793/phys_0105 DFG

D. ta. (b) *Eph. I. c. vid. §. præced.* & (d) ſeſſi-
one ad dextram Patris. (c) *Pſalm.*
P. *CX, 2. Act. II, 34 ſeqq.* Annuncianda eſt er-
go & mors & virtus Chriſti, *2. Cor. XIII, 3.*
ſeqq. & gloriæ Ipſius manifeſtatio fide a no-
C. bis expectanda, quæ noſtra quoque gloria eſt.
Tit. II, 8. Joh. XVII, 22. ſeq. Rom. IIX, 17.

§ III. Triplex Chriſti *officium* tradens.

D. ΘΕΑΝΘΡΩΠΟΣ, Chriſtus enim ſecundum
utramque naturam eſt noſter Mediator, (d)
E. *contra nonnul. Pontif. Stancarum & alios,*
Gal. IV, 4. 1. Joh. III, 8. ut JESUM (e) in
C. quo unice noſtra ſalus, *Matth. I, 21. Act. IV,*
12. Rom. XIII, 11. & Chriſtum, (f) id eſt, un-

(b) *Dieter.* p. 415. *Chemn.* Tr. de duabus in Chriſt. Nat. p. 467. *Eckard.* Faſcic. Controv. cum Calv. p. 148.

(c) *Dieter.* p. 417. *Chemn.* d. l. p. 447. *Gerh.* Iſag. p. 309. *Selnecc.* d. l. p. 288. *Bechm.* Ann. in Hutt. p. 214. *Eckard.* Pand. p. 200. ſqq.

(d) *Dieter.* p. 392. *Bechm.* Inſt. p. 402. *Bechm.* Theol. Pol. p. 630. *Gerh.* Iſag. p. 309. ſqq. *Bechm.* Ann. in Hutt. p. 225. ſeqq. 508. *Eckard.* Pand. Controv. p. 174. *Scherzer.* Anti-Bellarm. p. 208.

(e) De Nomine JEſu vid. *Gerh.* Iſag. p. 315. ſq. *Bechm.* Inſtit. p. 377. 408. ſq. *Bechm.* Ann. in Hutt. p. 123. *Selnecc.* Pædagog. Chriſt. P. II. p. 122.

(f) *Gerh.* Iſag. p. 317. *Dieter.* 334. *Bechm.* Inſtit. Th. p. 376. Ej. Annot. in Hutt. p. 126. ſqq.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0106
DFG

unctum *Psalm. XLV, 8.* se esse demon-
straret, alium enim *cum Judæis* nec ex- E.
pectare, (g) nec prædicare, nec sequi nos de-
cet, *Joh. IV, 42, I, 29 1. Cor. I, 23. II, 2. III, 11.* P.
1. Petr. II, 21. tria munia (h) exequi
voluit, Propheticum, (i) quo tan- D.
quam Propheta excellentior *Deut. XVIII, 15.*
Act. III, 22. Luc. VII, 16. Joh. VI, 14. docuit
Matth. V. & seqq, capitibus. cum insigni effi-
cacia *Matth. VII, 29. Luc. IV, 18. 32. XIX, 41.*
Marc. I, 27. quod per ministerium docendi C.
semper invisibiliter præstat, *Matth. XXVIII,*
ult. Marc. XVI, 15. seq. Luc. X, 16. Hunc
Prophetam, quamvis *cum Socinianis, Photini-*
anis Sec. IV. *& aliis* novum legislatorem E.
non dicamus, (k) *Joh. I, 17.* nihilominus ta-
men Ipsum tanquam summum nostrum
Doctorem ductoremque agnoscendum esse, P.
statuimus *e Matth. XXIII, 10. XVII, 5. Ebr. II,*

(g) Jesum verum Messiam esse & venisse prob. *Scherz.* Brevicul. Th. p. 63. sqq.

(h) *Bechm.* Ann. in Hutt. p. 215.

(i) *Bajer.* p. 614. *Dieter.* p. 397. *Bechm.* Instit. p. 398. *Gerh.* Isag. 313. 382. *Bechm.* Annot. in Hutt p. 216.

(k) *Bechm.* Theol. Pol. p. 635. *Eckard.* Pand. Contrv. cum Pontif. p. 184. *Martini* Ruina Photinianismi p. 293. *Bechm.* Ann. in Dieter. p. 129. *Gerh.* Isag. p. 738. *Gerh.* Dispp. Theol. p. 51.

Universitäts Bibliothek Rostock http://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn1047367793/phys_0107 DFG

D. *1. seqq. 1. Joh. II, 20. 27.* Sacerdotale,
(l) seu mediatorium stricte dictum *1. Tim. II,*
5. quo pro hominibus omnibus (m) satisfe-
E. cit (u) *(contra Calvin. & Socin. Esa. LIII, 6.*
Joh. I, 29. proque illis cum DEO reconcilian-
D. dis (α) sacrificium præstantissimum, Seipsum,
C. *Eph. V, 2. Ebr. III. usque X, &* (β) preces ob-
tulit: *Luc. XXIII, 34. Joh. XVII, 11, 15. seq.* quas
hodienum offert, non tamen in forma servili,
(o) *Ebr. VII, 24. 1. Joh. II, 1. Rom. VIII, 34.* licet
D. non amplius moriatur. *Rom. VI, 9. Ebr. IX, 12.*
C. *28.* Hæc victima spirituales nostras victimas
DEO reddit acceptas *1. Petr. II, 5. seqq. Apoc. I,*
P. *6.* Hæ preces optimum nostrarum precum
sunto fundamentum! *Ebr. X, 19. seqq. XIII, 15.*

D. & Regium (p) Christum Regem esse constat e *Psalm II, 6. Luc. I, 33. Joh. XVIII, 33.* *Ebr.*

(l) *Baj.* p. 618. *Dieter.* p. 398. *Bechm.* Instit. p. 399. *Gerh.* Isag 314. 383. *Bechm.* Annot. in Hutt. p. 217.

(m) *Bechm* Theol. Pol. p. 614. *Eckard.* Fascic. Controv. cum Calvin p. 322. *Hunnii* Artic. de Justif. p. 47. sqq. *Dieter.* p. 538. *Bechm.* Ann. in Hutt. p. 556. *Bechm.* Ann. in Dieter. p. 302.

(n) vid. *Bechm.* Ann. in Hutt. p. 218. sqq. it. *Bechm.* Theol Pol. p. 593. *Scherz.* Anti-Bell. p. 602. sqq.

(o) De Intercessione: *Bechm* Ann. in Hutt. p. 230. sq. Ej. Inst. Th. p. 401. sq.

(p) *Baj.* p. 628. *Dieter.* 401. *Bechm.* Inst. 404. *Gerh.* Isag. p. 314. 383. *Bechm.* Ann. in Hutt. p. 231.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0108
DFG

Ebr. I, 8. Est autem regni ipsius *triplex* dispensatio (q) 1) *secundum potentiam*, qua huic universo potenter dominatur, idque conservat & gubernat, *Psalm. IIX, 7. Dan. VII, 14. Matth. XXIIX, 18. Eph. I, 20. seqq. 2.) secundum* C. *gratiam*, qua ecclesiam militantem per Verbum & Sacramenta regit *Eph. IV, 11. Rom. XII, 3. seq. 1. Petr. II, 9.* & in renatis vivit ac habitat *Joh. XVII, 26. XIIX, 36. 2. Cor. XIII, 5. 1. Joh. IV, 16.* Cujus auxilio ipsi quoque in inimicos suos dominantur *Rom. VI, 4. IIX, 37. 1. Joh. V, 4. 3.) secundum gloriam*, qua eccle- D. siam triumphantem æterna felicitate replet, *Luc. XXII, 29 seqq. Matth. XXV, 34. Joh. XVII, 24.* Qui huic Regi se subjecerit, *l. c. v. 14. Ps.* P. *II, 10. seqq.* cum Ipso dominabitur. *2. Thess. I, 4.* C. *seqq. Apoc. III, 21.*

PART. III. CAP. III.

De
Fide in Christum.

FIdes, (r) non *Quæ Gal. I, 23. III, 2.* D. *de hac enim egimus proleg. cap. 2.* sed

F 5 Qua

(q) *Baj.* 628. *Dieter.* 402. *Selnecc.* Pædag. Christ. P. II. p. 320 *Bechm.* Ann. in Hutr. p. 233.

(r) De fide Justific. Apol. Aug. Conf. p. 68. De Homon. fidei vid. *Gerh.* Hag. p. 831. *Baj.* 634. *Bechm.* Inst. Th. P. 417. *Dieter.* p. 504. *Bechm.* Ann. in Hutt. p. 78.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0109
DFG

Qua cujus Synonyma *Rom. III, 25. Gal. II, 16.* est opus *Joh. VI, 29.* e cujus iteratis actibus fides habitualis oritur, DEI Trinunius, (s) *Rom. I, 8. Col. I, 3. seq.* Patris, *Joh. VI, 44.* Filii, *Ebr. XII, 2.* & Spiritus S. *Rom. IIX. 15. 26. 2. Cor. IV, 13.* Qui bonitate sua *Phil. I, 29.* & merito Christi *Eph. I, 3.* motus, per verbum Evangelii (t) *non exclusis Sacramentis, de quibus infra) Rom. X, 17. Gal. III, 2.* fidem producit. Cum itaque e viribus naturalibus fidem acquirere nemo possit, *2. Thess. III, 2. Rom. III, 10. 1. Cor. II, 24.* DEUS ardenter pro inchoanda & continuan-
P. da fide est exorandus, *Marc. IX, 24. Luc. XVII, 5. 2. Thess. I, 11.* Qui & eandem con-
C. ferre paratus est, *Matth. VII, 7. seq. Act. XVII, 31* in intellectu & voluntate
D. humana, ad *illum* maxime pertinet notitia & assensus, ad *hanc* vero fiducia, *Rom. X, 10.* quo homo regenitus, (u) (etiam baptizatus, infans (x) licet non per audi-

(s) *Bajer.* 647. *Bechm.* Instit. p. 429. *Gerh.* Isag. p. 856.
(c) *Bechm.* Inst. p. 429. fin.
(n) *Bajer.* p. 650.
(x) *Eckard.* Pandect. p. 891. *Scherz.* Anti-Bell. p. 493. sqq. *Bechm.* Ann. in Hutt. p. 762. *Gerh.* Isag. p. 1801. sqq.

ditum verbi, *Matth XIIX, 6. Marc. X, 14.*) C. est fidei *subjectum Quod*, irregeniti enim luce fidei carent, *Marc. I, 15. Joh. III, 18. 19. Eph.* P. *V, 8.14. 2.Tim. III, 8. 1.Petr. I, 5. 23.* Divi- D, nitus revelata, præsertim de Christo Mediatore (y) deque gratia DEI, seu remissione peccatorum ac salute per Christum impetranda, in quibus consistit Objectum fidei, ita cognoscit, (z) est *primus fidei actus formalis*, nempe notitia credendorum explicita, quæ non nude historica, sed viva est. *Joh.* E. *VI, 69 XVII, 3. Luc. I, 77. 2 Cor. IV 6. contra Pontif. fidem implicitam:* (a) Ut virtute D. Divina doctrinæ illi conjuncta non solum plane persuasus judicet eam esse veram, est *secundus*

(y) *Bechm.* Inst. p. 419. *Gerh.* Isag. p. 833. 858. *Bechm.* Ann. in Hutt. p. 527 *Eckard* Pandect. Controv. cum Pontif. p. 88 *Scherz.* Anti-Bell. p. 729.

(z) *Baj.* 634. *Dieter* p. 604 *Gerh.* Isag. p. 832. Ausführl. Erklärung p. 575 *Gerh.* Disp. Th. 1091. *Bechm.* Pol. Theol. p. 649. *Eckard* Pandect. Contr. cum Pontif. p. 87 *Scherz* Anti-Bell. p. 723.

(a) *Bechm.* Inst. Th. p. 413 *Gerh.*

dus fidei actus, nempe assensus.(b) Act. IIX, 37. & Christum sibi promeruisse gratiam apud DEUM, quo homo ab universalibus propositionibus ad se in individuo descendit & promissiones sibi applicat, (c) Jobi XIX, 26. 1. Tim. II, 6. Gal. II, 20. quem
E. assensum specialem Pontificii fidei justificanti denegant: verum etiam in Christo,
D. tanquam causa impetrandæ gratiæ apud DEUM acquiescat, est tertius actus formalis, fiducia nimirum,
E. (d) hanc necessariam esse ad fidem contra nonnullos Pontif. probamus e Joh. I, 12. Rom. IV, 18. seqq. IIX, 38. 2. Tim. I, 12. Ergo fidei certitudo competit, non obstante inevidentia
D. objecti, (e) Eph. III, 12. Ebr. XI, 1. Cum autem in his forma fidei consistat, dilectio & obedientia mandatorum DEI non potest esse ejus

(b) Baj. 636.

(c) Baj. p. 637. Bechm. Inst. p. 420. Bechm. Ann. in Diet. p. 111. Bechm. Theol. Pol. p. 656. Eckard. Pandect. p. 862. sqq. Gerh. Isagog. p. 860. Bechm. Inst. p. 422. sqq. Ej. Annot. in Hutt. p. 514.

(d) Dieter. p. 505. Bajer. 941. Bechm. Inst. p. 426. Bechm. Ann. in Hutt. p. 521. sqq. Bechm. Theol. Pol. p. 666. Eckard. Pandect. p. 852. Scherz. Anti-Bell. 727. Gerh. Isag. 834. sqq.

(e) Bechm. Annot. in Hutt. 512. Ej. Ann. in Diet. p. 110.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0112
DFG

ejus forma, (f) *contra Bellarm. & Socin.* E.
Dantur interim certi gradus fidei, *Marc. IX,*
24. Rom. XIV, 1. seqq. Crescat igitur consideratione verbi, adhibitis precibus & digno S. Cœnæ usu, *vid. supra & Matth. XIII, 12.* imprimis C.
in tentationibus *1. Petr. I, 6. 7.* ne vita spiritualis deficiat *2. Petr. I, 5.* est quippe fides *amissibilis* ad tempus, imo finaliter, (g) *Luc. IIX, 13.* P.
1. Tim. I, 19. Ebr. VI, 4, seqq. consequendæ remissionis peccatorum, D.
de qua in capitibus seqq. & salutis æternæ causa. *Joh. III, 16. V, 24. XI, 25. Marc.* C.
XVI, 16. 1. Petr. I, 9. Effectus & consequentia necessaria fidei veræ sunt charitas & opera o- D.
mnisque sanctificatio, *Gal. V, 6. Jac. II, 20. 26.*
Act. XV, 9. XXVI, 18. 2. Cor. XIII, 5. ac victoria P.
de mundo & Diabolo, *Eph. VI, 16. 1. Petr. V, 9.*
1. Joh. V, 4. imo fides omnia a DEO obtinet, C.
Marc. IX, 23. Jac. I, 6.

PART. III. CAP. IV.

De Regeneratione & Conversione. (h)

REgeneratio, nativitas e supernis *Joh.* D.
III,

(f) *Bechm.* Theol. Pol. p. 675. & 678. Ej. Ann. in Hutt. p. 516. *Eckard.* Pandect. p. 894. *Gerh.* Isag. 852.
(g) *Bajer.* 658. *Gerh.* Isag. p. 953-964.
(h) De Pœnitentia Aug. Conf. Art. 12. Apolog. p. 161.

III, 3. seqq. ex DEO *1. Joh. V, 1.* Conversio *Act. XV. 3. seq.* 7. (alias *conversio* sumitur vel *transitive*, vel *intransitive* (i) pro pœnitentia (k) *Jer. XXXI, 18. 19.* quæ (α) quandoque generaliter facti alicujus immutationem, *Ebr. XII, 17.* (β) quandoque specialissime contritionem fidei contradistinctam *Marc. I, 15.* & (γ) sæpius totum conversionis opus significat, cujus partes contritio & fides, (l) *Matth. III, 2. Luc.* E. *XXIV, 47. contra Calvin.* negantes contritionem, *& Pontificios* excludentes fidem e partibus pœnitentiæ, *Psalm. VI, 3. seqq. Matth.* D. *XXVI. ult. Luc. VII, 38. Act. IIX, 22)* sumitur maxime *pro fidei productione* sive in infantibus, sive in adultis. Quandoque tamen terminus regenerationis & conversionem & justificationem & renovationem simul significat, diciturque *nova creatio 2. Cor. V, 17. vivificatio Eph. II, 5. seqq.* est actio (in adultis non sem-

161. Artic. Smalcald. 319. Epitom. in Loco de Lege & Evang. p. 591. Solid. Declar. p. 709. *Baj.* 663.

(i) *Baj.* 679. sq. *Bechm.* Ann. in Hutt. p. 425. Ej. Ann. in Dieter. p. 106. *Bechm.* Inst. Th. 492.

(k) *Dieter.* 228. *Gerh.* Isag. 755. sq. Etymol. *Gerh.* Disp. Th. 421.

(l) *Bajer.* 710. *Dieter.* 241. *Gerh.* Isag. p. 767. sq. 770. 773. sq. *Bechm.* Theol. Pol. 857. Ej. Ann. in Dieter. 107. *Bechm.* Inst. p. 501. 506. *Eckard.* Fasc. Contr. cum Calv. 376. 379. *Eckard* Pandect. Contr. cum Pontif. 933. *Gerh.* Disp. Th. p. 545. 1087. 268. sq. 537. 545.

semper una, sed plures) DEI Trinuni- C.
us, qua DEUS, (m) tanquam causa effic.
principalis *Tit. III, 5. 1. Petr. I, 3.* homi- D.
nem, (n) qui est causa materialis seu subje-
ctum Quod, *Joh. l. c.* ad regenerationem suam
intrinsece nil quicquam active conferens, (o)
2. Cor. III, 5. Eph. II. 1. Phil. I, 6. Inde *liberum*
arbitrium (p) homini, in ordine ad suam re-
generationem & conversionem post lapsum
deesse *contra Synergistas* Sec. XVI. (q) *Pela-* E.
gianos Sec. V. & *Pontif.* asserimus, licet enim
in progressu active se habeat, id tamen fit vi- C.
ribus dativis (r) *1. Petr. I, 5.* viribus spiri-
tualibus carentem. *Actor. XXVI. 18.* D.
Eph. V, 8. sed contumaciter non
repugnantem, abfit hæc contumacia P.
per

(m) *Bajer.* 670. 712. *Gerh.* Isag. 766. *Bechm.* Inst. p. 497.
(n) *Bajer.* 673. 727. *Gerh.* Dispp. Th. p. 541. 629.
(o) *Bajer.* 717.
(p) *Baj.* 720. *Dieter.* 442. *Bechm.* Ann. in Hutt. p. 409. sqq. *Bechm.* Th. Pol. 844. Ej. Ann. in Diet. 238. Ej. Inst. 496. *Gerh.* Isag. 589. 615. *Scherz.* Anti-Bell. 718.
(q) De Synergist. *Calvör.* Fissur. Sion. 469. *Rechenb.* Hist. Eccl. p. 600. 601. 608.
(r) *Bajer.* 723. *Dieter.* p. 445. fin. *Bechm.* Ann. in Dieter. 238.

per omnem pietatem: *Ebr. IV, 7. Apoc. III, 19,*
E. *Act. II, 37.* Unde patet conversionis gratiam esse resistibilem (s) *contra Calvin. Matth.*
C. *XXIII, 37.* ex mera gratia, *1. Petr. I, 3.*
E. *Eph. II, 4.* propter Christum, (t) *Joh.*
D. *I, 12 seqq. contra merita Pontif.* per verbum (u) *Jer. XXIII, 22. Luc. XVI, 29. Jac.*
E. *I, 18. 1. Petr I, 23.* per legem enim agnitio peccati & contritio *contra Bellarm. Rom. III, 20.*
D. *2. Cor VII, 9.* & ex evangelio fides concipitur, *vid. cap. præced.* Dantur quidem media pædagogica *Rom. II, 4. seqq.* sed verbum est medium ordinarium *2. Thess. II, 14.* & *1. Epist. II, 13.* & baptismum *vid. infra cap. X.* Suo modo etiam per ministros ecclesiæ *1. Cor. IV,*
E. *15. contra Enthusiastas* (x) ex parte intel-

(s) *Baj.* 725. *Bechm.* Ann. in Hutt. 430. *Bechm.* Theol. Pol. 538. 851. *Gerh.* Isag. 614. *Bechm.* Inst. p. 500.

(t) *Bajer.* 671. 713. *Gerh.* Isag. 788. sqq. *Scherz.* Anti-Bell. 602. *Bechm.* Theol. Pol. 878. *Eckard.* Pandect. p. 993.

(u) *Bajer.* p. 672. 713. *Dieter,* 448. *Bechm.* Ann. in Hutt. 427. *Bechm.* Ann. in Dieter. 238. *Gerh.* Isag. 767.

(x) De Enthusiast. quia varii generis confer. *Colbergii* Hermetisch Platonisch Christenthum. P. I. it. *Buddei* Lexic. Universal. sub Voce Jac. Böhmius. Weigelius. it. *Calvör.* p. 222. 411.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0116
DFG

lectus & voluntatis participante ipſo appetitu ſenſitivo: (y) in quibus facultatibus, accidentalis licet, realis tamen fit mutatio *Rom. IIX, 2. 6. ſeq.* viribus ſpiritualibus, ſeu vita & *luce in Domino*, quæ eſt regenerationis terminus ad quem (z) *Epheſ. V, 8.* ad credendum in Chriſtum, vitamque ſpiritualem inchoandam, donat, aut eas in ipſo producit; in quibus conſiſtit *ratio formalis* regenerationis. Quæ regenerationis gratia ſicut in ordine ad ſalutem ſumme neceſſaria (a) *Joh. III, 5. ſeqq.* ita amiſſibilis *Rom. VI, 13.* & reiterabilis (b) eſt *Gal. IV, 19. V, 4. contra Novatianos* Sec. III. (c) non tamen ſine ingenti damno & periculo (d) *Rom. IIX, 13. 1. Petr. II, 20 ſeq.* cum pœnitentia ſera raro ſit vera: *Matth. XXV, 10. ſeqq.* juſtificationis, *Eſ. I, 16. ſeqq.* P. E. P.

(y) *Bajer.* 674. 695. *Bechm.* Ann. in Hutt. p. 427. *Bechm.* inſtit. p. 496.

(z) *Bajer.* p. 669. *Bechm.* Inſt. 497.

(a) *Bajer.* p. 677. *Gerh.* Diſpp. Th. p. 265. 422.

(b) *Bechm.* Inſtit. Th. 503. ſq.

(c) De Novatian. *Rechenb.* Hiſt. Eccl p. 82. *Calvör.* Fiſſ. Sion. 165. *Chytræi* Onom. 569. *Bunonis* Idea Univ. Hiſt. 183.

(d) *Bajer.* 734. *Gerhard.* Mag. 797.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0117
DFG

C. *seqq. Act. II, 38.* renovationis, *2. Cor.*
VI, 1. huc pertinet nova obedientia (e) *Matth.*
P. *III, 8. 1. Joh. III, 9. Eph. IV, 20. seqq.* & sa-
lutis æternæ consequendæ cau-
C. sa. *Matth. XIX, 18.* Pro hoc insigni benefi-
P. cio DEO debetur gloria, *1. Petr. I, 3.*

PART. III. CAP. V.

De

Justificatione.

D. JUstificatio, (f) quæ h. l. (1) non ju-
stitiæ Divinæ agnitionem & celebratio-
nem, *Psalm. LI, 6. Luc. VII, 29.* nec (2) fidei
E. manifestationem, *Jac. II, 21. 24.* nec (3) ho-
D. minum dijudicationem, *Matth. XI, 19.* nec
(4) quamvis a peccatis liberationem, *Rom.*
VI, 7. nec (5) justitiæ continuationem, *Apoc.*
XXII, 11. nec (6) omnia restaurationis benefi-
E. cia, *1. Cor. VI, 11.* nec (7) infusionem, *de qua*
D. *infra*, nec (8) administrationem justitiæ inter
partes litigantes, *2. Sam. XV, 4.* quæ admini-
stratio adsit coram foro Politico, sed *absolu-*
tionem a peccatis huic forensi similem *signifi-*
cat

(e) *Bajer.* 731.

(f) Aug. Conf. Art. 4. Apol. p. 60. 71. Art. Smalc. 304. 335. Epitom. 583. Polid. Decl. 682. *Bajer.* 738. *Dieter.* Inst. Catech. 495. *Gerh.* Hag. 799.

cat, (g) cujus terminus a quo est reatus culpæ & pœnæ, terminus ad quem justitia Christi imputata, quæ pro nostra reputatur, (h) *Rom. III, 23. seqq. IV, 7.* Cui opponitur condemnatio, *Rom. V, 18.* est actio DEI interna, (i) seu actus voluntatis Divinæ, qua DEUS Trinunus, tanquam causa effic. principalis, virtualiter causans, (k) *Marc. II, 7. Rom. VIII, 33. Luc. VII, 48. 1. Cor. VI, 11.* ministerialis sunt verbum Evangelii, *Luc. XXIV, 47.* & ministri ecclesiæ, *de quibus infra c. XIV.* Discant Christiani exemplo DEI P. proximo quoque remittere, *Eph. IV, 32.* ex gratuito favore, (l) *Rom. III, 24.* E.

(g) *Bechm.* Instit. Th. p. 510. Ej. Ann. in Hutt. p. 484. sqq. *Bechm.* Ann. in Dieter. 261. sq. Ej. Th. Pol. 887. *Eckard.* Contr. Pandect. p. 1012. *Hunnii* Art. de Justif. p. 1. sq. Concil. Trident. Sess. VI. Can. XI. *Gerh.* Ifag. 800. sqq. *Meisner* Philos. Sobr. P. II. Sect. I. p. 170.

(h) *Hunnii* Art. de Justif. p. 54. *Gerh.* Ifag. 889. 899. sqq. Ej. Disput. Th. p. 863. 1089.

(i) *Bechm.* Inst. 512. Ej. Ann. in Dieter. 263.

(k) *Bajer.* p. 748. *Bechm.* Inst. 513. *Dieter.* 497. *Bechm.* Ann. in Hutt. 491. *Gerh.* Ifag. 805.

(l) *Bajer.* p. 749. *Dieter.* 499. sqq. *Hunnii* Art. de Justif. §. 11. sq. *Gerh.* Ifag. 806. sqq. *Bechm.* Ann. in Hutt. 498. sqq. Ej. Ann. in Dieter. 264. *Bechm.* Th. Pol. 896. *Eckard.* Pandectæ Controv. 1024. *Bechm.* Instit. Th. 511. 522. sqq. *Scherz.* Anti-Bell. 744.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0119
DFG

Gal. II, 21. 1. Cor. I, 29. 30. contra Pontif. qui hanc gratiam dicunt qualitates nobis infusas:

D. propter Christi meritum (m) a-
gendo & patiendo pro nobis præstitum, (n)
E. *contra Socin.* Sec. XVI. *& alios. Rom. I. c. 2.*
D. *Cor. V, 21.* fide apprehensum, (o)
præter hanc fidem ex parte nostra nullum o-
E. pus pro causa justif. haberi potest, *contra*
Pontif. & Arminianos, Sec. XVII. *Rom. III, 28.*
P. *Gal. III, 24.* Interim bona opera, tanquam
fructus fidei, etsi merito careant, tamen præ-
C. miis a DEO gratiose remunerabuntur: *Mal.*
III, 12. seqq. homini peccatori re-
D. nato, (p) aut conversо; omnes quidem indi-
gent justificatione, quia peccatores sunt, *Rom.*
III, 9. sqq. sed nemo ejus particeps fit, nisi qui in
ve-

(m) *Bajer.* p. 750. *Dieter.* 502. *Bechm.* Ann. in Dieter. p. 265. *Eckard.* Pandect. 1029. *Gerh.* Isag. 811. sqq.

(n) *Bechm.* Ann. in Hutt. p. 229. 506. *Bechm.* Inst. 515. *Bechm.* Theol. Pol. 901. *Hunnii* Art. de Justif. 20. sqq. *Gerh.* Isag. 826. sqq. *Lucii* Synopsis Anti-Sociniana 66.

(o) *Baj.* p. 752. 754. *Bechm.* Inst. 519. *Hunnii* Art. de Just. p. 58. 92. *Dieter.* 503. 508. *Bechm.* Ann. in Hutt. 529. 532. *Bechm.* Ann. in Dieter. 274. seq. *Bechm.* Th. Pol. 906. *Gerh.* Isag. 867. seq. *Eckard.* Pandect. p. 1047. *Scherz.* Anti-Bell. 736. *Gerh.* Dispp. Th. 1089.

(p) *Baj.* p. 760. *Bechm.* Inst. 513. *Bechm.* Ann. in Hutt. 492.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0120
DFG

vera pœnitentia peccato moritur & Christum P.
fide amplectitur *Esa. I, 16. seqq. Joh. III, 36. Rom. IV, 5.* peccata remittit, seu non D.
imputat; (q) est *ratio formalis* justificationis, *Rom. IV, 6. seqq. Act. XIII, 38. 39.* salutis C.
æternæ consequendæ causa, E.
(r) Est finis justit. ex parte hominum certo futurus; *Rom l. c. & cap. V, 21. Joh. V, 24.* D.
Finis autem ex parte DEI est Ejus gloria, *Eph. I, 6.* Huc pertinent justificationis, consequentia: (s) (α) Pax conscientiæ cum DEO, *Rom.* C.
V, 1. (β) Adoptio in filios *Gal. IV, 5.* (γ) Donatio Spiritus S. *Gal. IV, 6.* & (δ) Sanctificatio, *Rom. VI, 22.*

PART. III. CAP. VI.
De
Renovatione & Bonis Operibus.

RENovatio (t) Spiritualis, quæ sumitur vel *latius* pro mutatione hominis be- D.

(q) *Bajer.* 757. *Bechm.* Inst. p. 513. 531. *Dieter.* 497. *Bechm.* Ann. in Hutt. 493. sqq. *Gerh.* Isag. 889. *Eckard.* Pandect. 1039. *Gerhard.* Disp. Th. 389.
(r) *Bajer.* 761. *Bechm.* Ann. in Hutt. 493.
(s) *Bajer.* 762.
(t) Aug. Conf. Art. 6. & 20. Apolog. p. 83. Art. Smalcald. 335. Epit. 588. Solid. Declar. 698. *Baj.* 766. *Breith.* Thes. p. 19.

P. andi intrinseca secundum omnem suam ratio-
nem, *2. Cor. V, 17.* vel strictius, quatenus con-
tradistingvitur conversioni & justificationi.
Hæc renovatio *stricte dicta* aliquando *transi-
tive Ezech. XXXVI, 26. Psalm. LI, 12.* aliquando
intransitive accipitur *Ezech. XVIII, 32. Eph.
IV, 23. 24.* & dicitur alias sanctificatio, *Rom.
VI, 22.* purgatio *2. Cor. VII, 1. 1. Joh. III, 3.* ex-
uitio veteris & induitio novi hominis, *Col. III,
10.* & abnegatio *Tit. II, 12.* est exercitium,
1. Tim. IV, 7 valde necessarium, *Ebr. XII, 14.*
D. actionum spiritualium internarum & externarum Divinitus mandatarum (u)
E. *(contra Pontificorum opera electitia, meritoria Devt. XII, 32. Matth. XV, 9.)* seu fructu-
D. um spiritus *Gal. V, 22.* qui vocantur *Bona
Opera*, salvandis quidem necessaria, (x) ad de-
C. monstrandam fidem & obed. erga DEUM, valdeque utilia *1. Tim. IV, 8. non* vero *ad salutem per modum causæ, necessaria*, (y) ne quidem

(u) *Bechm.* Th. Pol. p. 930. Ej. Inst. Th. 553. *Bechm.* Ann. in Hutt. 595. sqq. Ej. Ann. in Dieter. 119. *Gerh.* Isag. 907. *Eckard.* Pandect. Contr. 1079.

(x) *Bajer.* p. 793. sq. *Dieter.* 254. sqq. *Bechm.* Ann. in Dieter. 122. *Bechm.* Inst. Theol. 556. Ej. Ann. in Hutt. 607. *Gerh.* Isag. 909.

(y) *Bajer.* 705. *Dieter.* 256. *Bechm.* Inst. 557. *Gerh.* Dispp. 1093. *Bechm.* Ann. in Hutt. 608. *Scherz.* Anti-Bell. 753. *Gerh.* Isag. 915. sqq. *Eckard.* Pandect. 1100.

dem per modum cautæ sine qua non, multo minus meritoria (z) sive aliorum B. operum, E. sive ipsius vitæ æternæ ex debito, *Es. LXIV, 6. Luc. XVII, 10. Rom. III, 24. 6. ult.* quod homo renatus, (a) in intellectu, vo- D. luntate & appetitu sensitivo, etiam in membris corporis quatenus sunt animæ renovatæ organa, (b) *Col. I, 10. 1. Thess. V, 23. Rom. VI, 12. 19. XII, 1. seqq.* (Opera enim non renatorum (c) & gentilium, licet quoad esse genericum conformia sint legi, *Rom. II, 15.* non tamen sunt æque bona ac renatorum, imo ratione specialium circumstantiarum peccata recte appel- P. lantur (d) *Rom. XIV, 23. Ebr. XI, 6.* DEO, (e) *Phil. I, 6.* Patre *Joh. XV, 2.* Filio, *Rom. VI. & Gal. II, 20.* & per appropriationem Spiritu S. D.

(z) *Dieter.* p. 258. *Bechm.* Theol. Pol. 914. *Scherz.* Anti-Bell. 761. *Bechm.* Instit. Th. 557. sqq. Ej. Ann. in Diet. 123. *Gerh.* Dispp. 456. 1615. *Bechm.* Ann. in Hutt. 601. sqq. *Gerh.* Isag. 926. sqq. *Eckard.* Pandect. p. 1111.

(a) *Baj.* 780. *Bechm.* Ann. in Hut. 594. *Gerh.* Disp. Theol. 306.

(b) *Bajer.* p. 781.

(c) Discrimen inter B. O. Renatorum & non renatorum vid. ap. *Bechm.* in Inst. 555. it. *Bechm.* Ann. in Dieter. 118. *Gerh.* Isag. 905.

(d) *Bechm.* Th. Pol. 928. Ej. Ann. in Hutt. p. 599. *Baj.* 788. *Scherz.* Anti Bell. 721. sq.

(e) *Baj.* 776. *Gerhard.* Isag. 906. *Gerhard.* Dispp. Th. 652.

P. *Rom. I, 4. IIX, 26.* (a Quo vires Spirituales quotidie petendæ *Ebr. XIII, 21. Eph. III, 14.*
C. *seqq.* nec fruſtraneæ erunt hæ preces, *Joh. III, 21. Rom VIII, 26. 2. Petr. I, 3.*) per verbum
D. (f) *Pſ. CXIX. tot.* legis *Gal. V, 16. 18.* & evangelii, *1. Petr. I, 22. II, 2.* & ſacramenta gratioſæ concurrente, *Joh. VI 54 ſqq. 1. Cor. XII, 13. Tit. III, 5.* item, per miniſteri-
P. um eccleſiaſticum, *1. Cor. III, 6.* & ædificationem mutuam *1. Theſſ. V, 11.* nec non per cru-
C. cem *Ebr. XII, 10. 1. Petr. IV, 14.* viribus ſpiritualibus ſibi collatis (g) in converſione *Eph. III, 20. Tit. II, 14.* quibus uta-
P. mur ſtrenue, *1. Cor. IX, 24. ſeq. XV, 10. 2. Petr. I, 9. ſeq.* ſuſcipit & continuat, *Phil. I. 9.*
D. *2. Cor. IV, 16.* inde etiam renovatio *Pœnitentiæ quotidianæ & ſtantium* nomine venit; (h) & pravam concupiſcentiam,
P. ſimul etiam peccata infirmitatis magis magisque abolendo, *Gal. V, 24. Col. III, 5.* non ſine lucta difficili, (i) *Rom. VII, 24.*
D. incrementum doni habitualis majoresque vires ſpirituales, quæ ſunt terminus ad

(f) *Gerh.* Iſag. 906. *Baj.* 777.
(g) *Bajer.* p. 779.
(h) *Bajer.* p. 774.
(i) *Breith.* Theſ. 38.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0124
DFG

ad quem (k) formalis, dicuntur uno nomine *novus homo Eph. IV, 24.* acquirit; hæc renovatio, licet in hac vita non absolute perfecta (l) sit, *contra Pontif. & alios; Rom VII, 19.* E. *Gal. II. cc.* tamen homo regenitus mandata DEI stylo Scripturæ servat, *1. Joh. II, 3. III, 22.* P. & in B. Operibus crescit, (m) *Joh. XV, 2. 5. Eph. IV, 5. 1. Thess. IV, 1.* usque ad perfectissimam alterius vitæ sanctitatem *Judæ v. 24. Ebr.* C. *XII, 23.* ad DEI gloriam, (n) *Matth. V, 6. Phil. I, 11.*

PART. III. CAP. VII.

De
Lege & Evangelio. (o)

VErbum DEI, de quo tanquam principio cognoscendi Theologiæ R. *supra proleg. c. 2.* h. l. consideratur tanquam medium & causa salutis: dividitur in legem & D.

(k) *Baj.* 771.

(l) *Baj.* p. 784. 793. *Dieter.* 252. *Bechm.* Theol. Pol. 923. Ej. Instit. Th. 560. *Bechm.* Ann. in Dieter. 129. sq. *Gerh.* Isag. 919. *Gerh.* Dispp. Th. 998. sq. 16. 264. 1093. *Eckard.* Pandect. Contr. p. 1084.

(m) *Breith.* Thes. p. 177.

(n) *Gerh.* Isag. 908. *Gerh.* Dispp. Theol. p. 301. sq. 375. sq.

(o) Apol. Aug. Conf. de Impletione legis p. 83. Art. Smalc. 318. Epitome 591. Solid. Declarat. p. 709.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0125
DFG

E. evangelium. (p) Hæc distinctio est adæquata, *contra Pontificiorum consilia perfectionis.* (q)

D. Lex, (r) vel a ligando, legendo aut eligendo sic dicta, quæque (1) *generalissime* (s) pro tota Scriptura *Psalm. I, 2.* (2) *generaliter* pro Scripturis V.T. *Joh. XV, 25. 1. Cor. XIV, 21.* (3) *specialiter* pro Scriptis Mosaicis, *Luc. XXIV, 44.* (4) *specialissime* pro legibus cerem. *Luc. II, 22.* & judicialibus, *Joh. XIX, 7.* (5) *specialius h. l. & proprie* pro lege operum sumitur, *Rom. III, 20. 27.* & Evangelio opponitur: est verbum DEI, (t) *Exod. XX, 1. sqq.* angelorum & Mosis ministerio datum *Joh. I, 17. Gal. III, 19.* quo aliqua præcipiuntur aut prohibentur, unde *distinctio legum in affirmativas & negativas:* (u) & Canones: (x) (α) præcepta negativa includunt contraria affirmativa & vice versa. (β) Præcepta aut prohibita una specie, etiam cognatæ spe-

(p) *Baj.* 797.
(q) *Gerh.* Isag. p. 743. *Bechm.* Ann. in Hutt. 883. *Eckard.* Pand. Contr. 835. *Gerh.* Disp. Th. 479.
(r) De Etymol. Homon. & Synonym. vid. *Gerh.* Isag. p. 631. sqq.
(s) *Baj.* 797. *Dieter.* 64. sq. *Bechm.* Instit. Th. 469. *Bechm.* Ann. in Hutt. 434.
(t) *Baj.* p. 797.
(u) *Baj.* 798.
(x) *Dieter.* 81.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0126
DFG

ſpecies totumque genus præcipiuntur aut prohibentur! cum vi obligandi, ad obſe- P.
quium, & deficiente obſequio, ad pœnas,
Devt. XXVII, 26.

Lex Divina poſitiva, quæ naturali con- D.
tradiſtingvitur, dividitur ratione objecti
Devt. VI, 1. in moralem, (y) cujus epito- P.
me in Decalogo, quæ ad duo præcepta revocari poteſt, internam quoque obedientiam poſtulantia, (z) *Rom. VII, 14. vid. ſupra part. 2 c. 1.* ita ut mandata Chriſti non ſint hac lege perfectiora, (a) *contra Socinianos* Sec. XVI. E.
Ad cujus obſervationem quatenus moralis eſt, omnes homines ſunt obligati, *Rom. XIII, 8. ſqq.* P.
non enim abrogata eſt in N. T. quoad doctrinam & obedientiam (b) *Matth. V, 17. ſeq.* *contra Antinomos* Sec. XVI. (c) & *Libertinos*, E.
Sec. XVI. (d) licet abrogata ſit quoad maledictio-

(y) *Bajer.* p. 798. *Dieter.* 68. *Bechm.* Inſt. Th. 469. *Bechm.* Ann. in Hutt. 444.
(z) *Dieter.* 78. *Bechm.* Ann. in Hutt. 449. *Breith.* Theſ. 96.
(a) *Bechm.* Th. Pol. p. 814. *Bechm.* Ann. in Hutt. 450. Ej. Ann. in Dieter. 129. *Bechm.* Inſt. 487. *Gerh.* Iſag. 719. *Eckard.* Pand. Contr. 817.
(b) *Dieter.* 76. *Bechm.* Inſt. Th. 479. *Bechm.* Ann. in Hutt. 455. ſqq.
(c) De Antinom. conf. *Luth.* Tom. VII. Jen. Germ. f. 291. b. *Calvör.* Fiſſur. Sion 452.
(d) De Libertinis vid. *Calvör.* Fiſſ. Sion. 465.

ctionem, justificationem & exactionis rigorem,
D. *Gal. III, 13. V, 18. Rom. IIX, 1.* Data est hæc
lex ad vitam. *Lev. XVIII, 5.* sed sub conditione
perfectæ impletionis, (e) *Luc. X, 28.* hanc
autem post lapsum præstere nemo potest, (f)
E. *Rom. VIII, 3. 7. contra Pontif. & alios*, ideo-
que nec per legem quisquam salvatur, *Rom.*
D. *VII, 10. 12. Gal. III, 12. 21.* Habet tamen lex
magnum in ecclesia usum (g) 1) elencticum,
Rom. III. 20. IV, 15. VII, 7. 2.) pædagogicum, *Gal.*
III, 24. 3) didacticum, *Devt. VI, 5. seqq. Matth.*
XXII, 37. seq. Interim *convenit Lex moralis,*
cum Evangelio (h) quoad Auctorem, subjectum,
finem per se, & durationem. *Differt* (i) autem
ab Evangelio (α) cognitionis modo, *Rom. II, 14.*
XVI, 25. 1. Cor. II 6. seqq. (β) ratione objecti.
(γ) promissionum *Rom. IV, 4. seq.* & (δ) ra-
tione

(e) *Baj.* 818.

(f) *Dieter.* 207. *Bechm.* Inst. 473. *Gerh.* Isag. 694. 698. *Breith.* Thes. 176. *Gerh.* Isag. 919. *Scherz.* Anti-Bell. 757. *Bechm.* Th. Pol. 829. Apol. Aug. Conf. p. 83. *Bechm.* Ann. in Hutt. 463. *Eckard.* Contr. Pand. 800.

(g) *Dieter.* p. 213. *Bechm.* Inst. Th. 478. Ej. Ann. in Hut. 453. *Bechm.* Ann. in Dieter. 90. *Gerh.* Isag. 704. *Breith.* Thes. 231. Epitom. p. 594. & Solid. Declar. 717.

(h) *Baj.* 822. *Dieter.* 272.

(i) *Baj.* 823. *Dieter.* 269. *Bechm.* Inst. 480. *Bechm.* Ann. in Hutt. 470. 472. *Gerh.* Isag. 734. *Breith.* Thes. 232.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0128
DFG

tione officii *1. Tim. I, 9. Matth. XI, 5. 28.* In P.
praxi tamen conjunctiſſima (k) ſunt tum in
converſione, tum in renovatione. II. Ce- D.
remonialem, (l) quæ ſacrificia & ritus
ſacros Judæis, habito reſpectu ad Meſſiam ventu-
rum, præſcribebat *Lev. I, ſqq. & alibi.* Hu-
jus abrogatio (m) prædicta. *Jer. XXXI, 31. ſeq.*
Dan. IX, 27. Hoſ. III, 4. & clarius indicata *Act.*
X, 11. 2. Cor. III, 11. Gal V, 6. Ebr. VII, 12. 18.
IIX, 7. IX, 10. X. 14. & III. Forenſem,
ſeu Judicialem, (n) in qua conſtitutiones
civiles formam publicorum judiciorum & ex-
ternæ diſciplinæ in populo Jud. conſervandæ
præſcribentes, continentur. Hæc, licet non P.
qua univerſalem æquitatem & finem genera-
lem, *Rom. XIII, 1.* tamen, quatenus reſpectum
habebat ad politiam judaicam, etiam in N. T. E.
eſt abrogata: (o) *contra Anab.* Sec. XVI. *Ca-*
rolſtad & alios Gal. IV, 3. 9. V, 1. ſeqq. Col. II, 16.
Ebr. XIII, 9. ſeqq.

Evang.

(k) *Bajer.* 826.
(l) *Baj.* 812. *Dieter.* 69. *Gerh.* Iſag. 707. *Bechm.* Inſt. 471. *Bechm.* Ann. in Hutt. 437.
(m) *Baj.* 815. *Dieter.* 72. *Gerhard.* Iſag. 711. *Bechm.* Ann. in Hutt. 438.
(n) *Baj.* p. 814. *Dieter.* 70. *Gerh.* Iſag. 711. *Bechm.* Inſt. 470. E. Ann. in Hutt. 440.
(o) *Bajer.* p. 816. *Dieter.* 73. *Bechm.* Ann. in Hutt. 441. *Bechm.* Ann. in Dieter. 34. *Gerh.* Iſag. 713. *Gerh.* Diſpp. Th. p. 181.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0129
DFG

D. Evangelium, (p) proprie acceptum in oppositione ad legem, *Matth. XI, 5.* aliquando enim latius sumtum, totam doctrinam N. T. significat *Marc. I, 14. Luc. IX, 6.* diciturque (q) lex Christi, fidei, Spiritus vitæ, libertatis, *Gal. VI, 2. Rom. III, 27. IIX, 2. Jac. I, 25.* est doctrina efficax, *Rom. I, 16.* (cujus summa in symbolo Apost. & *Joh. III, 16.*
P. ob ædificationem & mysteria omnibus aliis doctrinis longe præferenda, *Rom. XVI, 25.*
E. *Col. II, 8.* de gratia DEI, ergo non includit terrores, (r) *contra Antinomos & Pontif.*
C. & gratuita remissione peccatorum, quæ non dependet a perfecta manda-
E. torum DEI observatione, (s) *contra Pontif.*
P. *Rom. III, 21. XI, 6.* inde vero non abutendum Evangelio ad libertatem carnis *Gal. V, 13.*
C. *1. Petr. II, 16.* propter Christum mediatorem, *Matth. I, 21. Actor. IV, 12.* ejus-

(p) Art Smalcald. p. 329. Epitom. p. 591. Solid. Declarat. 709. *Baj.* 819. *Dieter.* 262. sq. *Bechm.* Ann. in Hutt. 468. *Gerh.* Isag. 715.
(q) *Breith.* Thes. p. 230.
(r) *Bechm.* Inst. p. 489. *Dieter.* 265. *Bechm.* Ann. in Diet. 125. *Bechm.* Theol. Pol. 835. *Bechm.* Ann. in Hutt. 473. 477. seqq. *Gerh.* Isag. p. 721. 750. *Eckard.* Pandect Contr. 820.
(s) *Bechm.* Th. Pol. 840. *Bechm.* Ann. in Hutt. 470. *Gerh.* Isag. 722. *Eckard.* Pandect. 826.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0130
DFG

ejusque meritum fide, (beneficia enim evangel. ex ordinatione Divina nemini, nisi pœnitenti & credenti, conferuntur; *Marc.* P. *I, 15. Luc. XXIV, 47. Actor. XXVI, 18.)* apprehensum. Hoc evangelium unum idemque est in V. & N. Testamento, (t) *contra Socin. & alios;* plenior tamen lux Novo D. E. Testamento competit. (u) *Act. XV, 11. Rom. XIII, 11.*

PART. III. CAP. IIX.

De

Sacramentis in genere.

SAcramentum, (x) est vox ecclesiastica, *contra Pontif.* notatque ritum sacrum (1) a DEO mandatum, (2) in quo est elementum visibile, conjunctum cum re cœlest. ex Divina ordinatione, (3) gaudentem promissione gratiæ: (y) est actio, (z) non una & E. D.

sim-

(t) *Baj.* p. 821. *Dieter.* 267. *Gerh.* Isag. 729. *Finckii* Canon. Centur. III. Can. 43. p. 62.

(u) *Gerh.* L. de Evang. §. 37.

(x) Aug. Conf. Art. XIII. p. 13. Apolog. p. 200. 267. Art. Smalcald. 329. *Bajer.* 831. *Dieter.* p. 621. *Bechm.* Ann. in Hutt. p. 720. *Bechm.* Inst. Th. p. 617. Etym. Homon. & Synon. vid. *Gerh.* Isag. p. 965. 967.

(y) *Dieter.* p. 632. *Gerh.* Isag. 968. *Bechm.* Inst. 618. *Bechm.* Annot. in Diet. 330.

(z) *Dieter.* 623. *Gerhard.* Isagog. p. 971. *Bechm.* Ann. in Dieter. 323.

simplex tantum, posset etiam generis loco poni *fœdus* seu testamentum, *Matth. XXVI, 28. Act. VII, 8. 1. Petr. III, 21.* **Divinitus,**
P. (a) proinde est actio seria a Deo Trinuno &
Christo in assumta carne ordinata, cujus effi-
D. cacia ideo non dependet a ministri intentione,
E. *contra Pontif.* & *Donatistas* Sec. IV. (b)
ex gratia DEI, est quippe sacramentum
C. quodvis efficax gratiæ medium & organon
propter meritum Christi institu-
ta; quibus verbis causam efficientem prin-
cipalem cum impulsivis indicavimus: *causa* ve-
D. ro *minus principalis* (c) ordinarie est minister
ecclesiæ, in casu vero necessitatis, laicus quo-
que: *vid. capita sequentia:* **circa ele-**
mentum externum & sensibile,
(d) quod est materia seu materiale sacramen-
E. ti, *contra Paulicianos*, Sec. IX. (e) occu-
pa-

(a) *Bajer.* p. 835. *Dieter.* 624. *Bechm.* Inst. 619. Ej. Ann. in Hutt. p. 725. *Gerh.* Isag. 972.
(b) *Dieter.* p. 625. *Bechm.* Inst. Th. 620. sq. *Bechm.* Theol. Pol 933. Conc. Trid. Can. XI. Sess. VII. p. 53. *Bechm.* Annot. in Hutt. 721. *Bechm.* Ann. in Dieter. 325. *Scherz.* Anti-Bell. 466. *Eckard.* Pandect. Contr. p. 1169. *Gerhard.* Isag. 975.
(c) *Bajer.* 837. *Bechm.* Inst. 619. *Bechm.* Ann. in Hutt. p. 721.
(d) *Bajer.* 838. *Dieter.* 626. *Bechm.* Inst. 623.
(e) De Paulicianis vid. *Calvör.* Fiss. Sion. 318. *Rechenb.* Histor. Eccl. 245.

pata, per quam, accedente ver- D.
bo institutionis, (f) quod est formale
sacramenti, *contra illos Calvinianos, qui fidem* E.
ad formam sacramenti pertinere dicunt, quæ ad
salutarem ejus usum magis referenda: ho-
minibus, (g) qui sunt finis Cui, seu obje- D.
ctum personale, confertur & obsi-
gnatur gratia evangelii (h) de remis-
sione peccatorum, est *finis Cujus proximus*, qui
& effectus rationem habet, ad vitam æ-
ternam. *Est finis Cujus ultimus.* Ergo
Sacramenta non sunt nuda signa, (i) *contra Cal-* E.
vin. Quæ omnia in seqq. capitibus inductione
singulorum probabuntur. Sunt autem Sa- D.
cramenta alia veteris, (k) (quæ ante Chri-
sti adventum instituta, eminus Ipsum adumbra-
runt, Ipsoque exhibito abrogata fuerunt: *vid.*

H *ca-*

(f) *Bajer.* p. 843. *Dieter.* 628 *Bechm.* Inst. 624. *Bechm.* Theol. Pol. 942. Ej. Ann. in Hutt. 727. *Gerh.* Isag. 968.

(g) *Bajer.* 844.

(h) *Bajer.* p. 845. *Bechm.* Ann. in Hutt. 726. *Bechm.* Ann. in Dieter. 324. *Eckard.* Pandect. Contr. 1186. *Gerh.* Isag. 984.

(i) *Dieter.* p. *Bechm.* Ann. in Dieter. 328.

(k) *Bajer.* p. 848. *Dieter.* 632. Differentiam inter V. & N. T. Sacramenta vid. ap. *Bechm.* in Inst. Th. 626. it. *Bechm.* Ann. in Hutt. 727. *Gerh.* Isag. 1007.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0133
DFG

caput sequens.) alia novi Testamenti, quæ ab ipso Christo instituta, Ipsum exhibitum testantur, & præsentem offerunt, duratura in Ecclesia usque ad finem. *e. g. Baptismus*
E. *& Cœna Domini.* Reliqua *quinque Pontificiorum sacram.* Confirmatio, Pœnitentia, Matrimonium, Ordo, Extrema Unctio, cum modo dictam definitionem & singula requisita non admittant, sacramenta *proprie dicta non sunt.* (l)

PART. III. CAP. IV.

De

Sacramentis V. T.

§. I. De Circumcisione.

E. CIrcumcisio (m) erat *(Act. XV, 1. seqq. 1. Cor. VII, 18. 19. Gal. V, 6. Phil. III,*
D. *3. contra Judæos modernos)* actio sacra, *vid. cap. præced.* Divinitus instituta, (n) cujus *causa effic. principalis* erat DEUS
C. Trinunus, *Gen. XVII, 1. sqq.* Quem ad instituendum hoc sacramentum impulit (α) Ipsius

(l) *Bechm.* Inst. Th. p. 624. *Dieter.* Inst. Catech. 639. sqq. Ej. Ann. in Hutt. 735. sqq. *Bechm.* Ann. in Dieter. 333. *Scherzer.* Anti-Bell. 487. 587. *Eckard.* Pandect. Contr. 1159. *Gerhard.* Isag. p. 1020. sqq.

(m) *Dieter.* p. 633. *Bechm.* Ann. in Hutt. 728. *Gerh.* Isag. 1009.

(n) *Baj.* 850. *Bechm.* Ann. in Hutt. 728. *Gerh.* Isag. 1010.

us φιλανθρωπία (o) erga homines peccatores, ſpeciatim erga poſteros Abrahami, (β) meritum Chriſti (p) *Eph. I, 3.* Cauſa Miniſterialis *ordinaria* fuit primum Abraham & Patriarchæ ſuccedentes, *Gen. XVII, 24. ſeq. XXI, 4.* itemque ſacerdotes Levitici, *1. Macc. II, 46. Extraordinaria*, laici quoque ac fœminæ, *Exod. IV, 25. 2. Macc. VI, 10.* qua DEus in V. T. nam ad N. T. pertinet περιτομὴ ἀχειροποίητος *Col. II, 11. ſeqq.* per amputationem præputii, erat materiale, (q) *Gen. XVII, 11.* accedente verbo inſtitutionis, (r) quod erat Formale, *l. c. v. 7. ſeqq.* maſculis Iſraelitis (s) eorumque domeſticis ac proſelytis, qui erant ſubjectum, *l. c. v. 12.* infantibus quidem fidem contulit, cum octavum vitæ diem agerent (t) *Lev. XII, 3.* adultis vero credentibus eam confirmavit, remiſſionis peccatorum, (u) erat *finis proximus*, qui vel *principalis*, gratiæ fœderalis de remiſſ. pec-

P. D. C.

(o) *Bajer.* 851.
(p) *Bajer.* 851.
(q) *Bajer.* 853.
(r) *Bajer.* 855.
(s) *Bajer.* 856. *Gerh.* Iſag. 1011.
(t) *Gerh.* Iſag. 1013.
(u) *Baj.* 857. *Beckm.* Ann. in Hutt. 729.

torum collatio, *Gen. XVII, 7. Rom. IV, 11.* vel *minus principalis*, segregatio populi Isr. ab aliis: Item admonitio de Peccato Orig. & venturo Messia: & salutis æternæ consequendæ gratia.

§. II. De Agno Paschali.

D. Pascha, (x) פסח *a tranſitu* ita dictum, *Exod. XII, 11. 27.* erat actio sacra divinitus instituta, (y) *l. c. v. 1. seqq.* Cujus eædem causæ impulſ. quæ circumcisionis. *Causæ vero minus principales promulgandæ institutionis*, erant Moses & Aaron, *l. c.* Administrantes, *partim* Patres familias Israelitici, *l. c. v. 3. 6. 21.* partim Levitæ, *Esdr. VI, 20. 2. Par. XXX, 17.* qua agnus & hœdus integer,
C. ad præfigurandam perfectionem antitypi,
P. *1. Pet. I, 19. 1. Cor. V, 7. seqq.* & anniculus, i. e. anno præcedente natus, de grege segre-
D. gatus mactabatur inter duas vesperas, (z) assabatur, quæ omnia ad materiam sacramenti spectant, *Exod. XII, 5. ſqq.* & ab Israëlitis ac proselytis circumcisis, *qui erant Fi-*

(x) Baj. p. 860. *Dieter.* 634. *Bechm.* Ann. in Hutt. 730. *Gerh.* Isag. 1016.
(y) *Bajer.* p. 861.
(z) *Bechm.* Ann. in Hutt. 730. *Gerh.* Isag. 1018.

Finis Cui, (a) *l. c. v. 3. 43. seq.* comedebatur, erat actus principalis hujus sacramenti, *l. c. v. 8.* sanguis autem ejus ad ædium postes & superliminare spargebatur, *l. c. v. 17. 22. seq.* ad excitandam fidem in Messiam, cujus beneficiis sancti quoque V. T. fruebantur, *Act. XV, 11.* & impetrandam ac celebrandam gratiam DEI ac remissionem plagæ, & consequendam salutem æternam. *Exod. XII, 13. 23. seqq.* C.

PART. III. CAP. X.

De

Baptismo. (b)

BAptismus, (c) ablutionem significans, sive immergendo, sive aspergendo fiat, *Matth. III, 6. 16. Marc. VII, 4. Luc. XI, 38.* est actio sacra a Christo instituta (d) *Matth. XXVIII, 19. contra Socinianos,* Sec. D.

(a) *Baj.* p. 867.

(b) Aug. Conf. Art. IX. Apolog. p. 155. Art. Smalc. p. 329. Catechism. minor. 376. Major. 401. 534.

(c) *Bajer.* p. 872. *Dieter.* 644. *Bechm.* Ann. in Dieter. 336. *Bechm.* Inst. Th. 629. *Gerh.* Isag. 1023. Ej. Ann. in Hutt. 742.

(d) *Dieter.* p. 646. *Baj.* 872.

Universitäts Bibliothek Rostock http://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn1047367793/phys_0137 DFG

E. XVI. (e) non excluso Patre & Spiritu S. *Luc.*
VII,30. Deum autem movit sua bonitas *Tit.*
III,5. & meritum Christi, *Eph. V, 26.* Causa
D. *effic. minus princip.* baptismi est *ordinarie* mi-
nister ecclesiæ, (f) *Joh. I,33. 1. Cor. IV, 1.* extra-
E. ordinarie & *in casu necessitatis* etiam laicus (g)
P. *Joh. 3,5. contra Calvin.* in qua homines,
(h) (etiam monstra humana forma magis præ-
E. dita (i) non vero campanæ (k) *contra Pontif.*
in hanc lucem editi, (excluduntur ergo non-
P. dum perfecte nati,) *l. c. v. 6.* sine sexus at-
D. que ætatis (l) discrimine, atque sic o-
mnes *Marc. XVI, 15. X, 14. Act. XVI, 15. 33. XIIX,*
E. *8. contra Anabapt.* Sec. XVI. *& Socin.* De *in-*
fan-

(e) *Bechm.* Theol. Pol. 956. *Bechm.* Inst. 633. *Gerh.* Isag 1026.

(f) *Baj* p. 874. *Dieter.* 649. *Gerh.* Isag. 1028. *Bechm.* Inst. Th. 634. 637.

(g) *Bechm.* Ann. in Dieter. 338. *Gerh.* Isagog. 1033. sqq *Eckard.* Fasc. Contr. cum Calvin. 437.

(h) *Bajer.* p. 898. *Dieter.* 666. *Bechm.* Ann. in Dieter. 345. *Bechm.* Ann. in Hutt. 743. *Gerh.* Isag. p. 1069.

(i) *Bechm.* Ann. in Hutt. 744. Ej. Casus Conscient. p. 155. sqq.

(k) *Scherz.* Anti Bell. 512.

(l) De Pædo Baptismo vid. *Buddei* Disp. Anton. van Dalem opposita. *Bechm.* Theol. Pol. 962. *Bechm.* Inst. 638. sqq *Hunnii* Disp. de Baptismo § 49. *Bechm.* Ann. in Hutt.. p. 746. *Bechm.* Ann. in Dieter. 347. *Gerh.* Isag 107[illegible]. *Joh Winckleri* Gründl. Beweiß der Kinder-Tauffe it. Vertheidigung des gründl. Beweises.

fantibus autem *fidelium baptismo privatis* (m) statuimus, quod extraordinaria DEI gratia sal- D.
ventur: *Infidelium* vero infantes Divino com- P.
mittimus judicio, eosque invitis parentibus per
vim abripere & baptizare non audemus: (n)
abluuntur aqua, vera & naturali, non D.
alio liquore aut materia, (o) *contra plures dis-* E.
sentientes, Joh. III, 5. Act. IIX, 36. X, 47. Aspersionis actus semel aut tribus vicibus fieri potest. P.
Materiam cœlestem (p) in hoc sacramento non D.
nominamus, cum accuratius *res* cœlestis dicatur: **in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti,** (q) (his Forma baptismi
innuitur,) *contra Arianos,* Sec. IV. *Eunomi-* E.
anos Sec. IV. (r) *&c.* **ut regenerentur & renoventur,** (s) *Joh. III, 5. Tit. III, 5.* P.
contra nonnullos Calvin. Euthusiastas, Schwenckf.

(m) *Bajer.* p. 901. *Dieter.* 675. *Gerh.* Isag. 1086.
(n) *Bechm.* Inst. Th. 641 Ej. Casus Consc. p. 152.
(o) *Baj.* p. 875. *Dieter.* 654. *Bechm.* Ann. in Hutt. 746. *Gerh.* Isag. 1043. *Eckard.* Fasc. Controv. cum Calv. 446.
(p) *Bechm.* Inst. 630. sq. Ej. Ann. in Hutt. 746. Ej. Ann. in Dieter. 340.
(q) *Bajer.* 896. *Dieter.* 656. *Bechm.* Inst. 632 sq. Ej. Ann. in Hutt. 748. *Gerh.* Isag. 1048.
(r) De Eunominian. vid. *Calvör.* Fiss. Sion. p. 218. *Rechenb.* Histor. Eccl. p. 120.
(s) *Baj.* p. 903. *Dieter.* 657. *Bechm.* Ann. in Dieter. 343. *Bechm.* Ann. in Hutt. 749. sqq. *Gerh.* Isag. p. 1051. 1054. sqq. *Eckard.* Fasc. Contr. 457.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0139
DFG

E. *& novos Photin. alios*, pro quo insigni beneficio
DEO maxima debetur laus *1. Petr. I,3.* Aliter
D. tamen baptismus gratiam spiritualem, nempe
remissionem peccatorum, *Act. II,38. XXII,16.*
C. communionem cum Christo & ecclesia, *Gal.*
III,27. 1.Cor. XII,13. confert infantibus, aliter
adultis, (t) iis enim fides primum confertur, in
D. his vero fides ante baptismum e verbo conce-
pta confirmatur & obsignatur, *Ebr. VI,2. Act. II,*
C. *41. IIX,12.36. seqq. 18, 8.* Baptismus quoque
olim collatus pœnitentibus & credentibus sem-
D. per efficaciter prodest, *Rom. VI,4. Col. III,1. sqq.*
Ad significandam autem baptismi efficaciam
E. *Exorcismus* (u) recte adhibetur, *contra Calvi-*
nianos, est tamen abrogabilis, consensu ec-
clesiæ, non tanquam res mala, sed tanquam
ceremonia indifferens: salutis æternæ
C. causa. *Tit. III,5. 1. Petr. III. 20. seq.* Hic ba-
D. ptismus, juxta instit. Christi semel collatus ite-
rari circa idem subjectum non debet, (x) *contra*
E. *Anabapt. & alios*, *Eph. IV,5.* Divisio enim *in*
baptismum fluminis, flaminis & sangvinis (y)
D. figurata est. *Marc. I, 8. X,39.* PART.

(t) *Baj.* p. 904. *Dieter.* 662.

(u) *Baj.* p. 906. *Dieter.* 679. *Bechm.* Theol. Pol. p. 971. *Bechm.* Inst. 642. Ej. Ann. in Dieter. 348. *Gerhard.* Isag. 1092. *Eckard.* Fasc. Contr. 613. *Gerh.* Dispp. Th. 600.

(x) *Bajer.* p. 907. *Dieter.* 676. *Bechm.* Theol. Pol. 969. *Bechm.* Ann. in Hutt. 764. sqq. *Gerh.* Isag. p. 1090.

(y) *Bechm.* Ann. in Hutt. p. 742. Ej. Ann. in Dieter. 336. *Gerh.* Isag. 1024.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0140
DFG

PART. III. CAP. XI.

De

Sacra Cœna. (z)

Cœna Domini, (a) quæ & Σύναξις, D.
ac mensa Domini, dicitur *1. Cor. X, 20. XI. 21.* It. εὐχαριστία, *e Marc. XIV, 23.* In primitiva ecclesia habito respectu ad nonnullos ritus dicebatur Ἀγάπη, (b) Sacramentum Altaris, *Missa*, (c) non tamen in sensu *Pontificio*, hæc E.
enim est mutila, contrariatur institutioni Christi ejusque sacrificio semel præstito *Ebr. IX, 12. seqq.* itemque exemplo Apostolorum, qui distribuebant, *Act. II, 41.* non unus pro aliis sumebat &c. est actio a Christo, (d) auD.
ctoritate Divina, & sic non exclusis reliquis Personis, instituta, *Matth. XXVI, 26. seqq. Marc. XIV, 22. seqq. Luc. XXII, 19. 20. 1. Cor. XI,*

 11. seqq.

(z) Aug. Conf. Art. X. p. 12. Apol. 157. Art. Smalc. p. 330. Catech. Minor. p. 380. Major. 551. Epitome 597. Solid. Declar. 724.

(a) *Baj.* p. 909. *Dieter.* 687. 689. sq. *Bechm.* Inst. 648. *Bechm.* Ann. in Hutt. 769. *Gerh.* Isag. 1095.

(b) *Bechm.* Ann. in Dieter. p. 349. sq.

(c) *Gerh.* Isag. p. 1097. *Dieter.* 764. *Bechm.* Ann. in Diet. 372. *Bechm.* Theol. Pol. p. 1032. Aug. Conf. Art. III. de Abus. p. 23. *Bechm.* Ann. in Hutt. 844. *Musæi* Explic. Aug. Conf. h. Art. *Eckard.* Pand. Contr. 1284. *Scherz.* Anti Bell. 569. sqq. conf. *Buddei* Dissert. Clementem Rom. & Irenæum non favere Missæ Pontificiæ.

(d) *Baj.* p. 910. *Dieter.* 692. *Bechm.* Inst. 649. *Gerh.* Isag. 1097.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0141
DFG

11. ſqq. Caulæ impulſ. ſunt eædem, quæ baptiſmi, *Joh. XIII, 1.* Cauſa miniſterialis eſt miniſter eccleſiæ ordinarius, (e) qui elementa externa conſecrat & ſacramentum communican-
P. tibus diſtribuit. Ergo communicans non ſibi ſumat, ſed diſtributionem expectet: *1. Cor. IV, 1.*
D. *XI, 23. 33. ſeqq.* in qua cum pane, (f) vero, ſive azymus (g) ſit, *contra Græcos* (h) ſive
E. fermentatus, (i) *contra Latinos*, ſive ſubtilior, ſive craſſior, *contra Calvin.* & vino, (k) tanquam *materia terrena*, vinum autem ſive ru-
D. brum ſit, ſive album, ſive merum, ſive aqua pauliſper temperatum, in regionibus ſcil. illis, ubi fortiora adhibentur vina, non impedit, modo non ex neceſſitate nec magna aquæ quanti-
E. tas vino admiſceatur, (l) *more Pontificiorum:* be-

(e) *Baj.* p. 912. *Bechm.* Ann. in Dieter. 351. *Gerh.* Iſag. 1098. De Caſu Neceſſitatis in S. Cœna vid. Köpkens Unſchuld. p. 89. ſqq.

(f) *Bajer.* p. 915. *Dieter.* 694. *Bechm.* Ann. in Hutt. 772. *Gerh.* Iſag. 1099.

(g) *Bechm.* Inſt. 650. De Hoſtiis v. *Korthold.* Diſquiſit. it. *Bechm.* Theol. Pol. 1007. Ej. Ann. in Hutt. 772. *Gerh.* Iſag. 2001.

(h) De Græcis vid. *Calvör.* Fiſſ. Sion. p. 994.

(i) *Scherz.* Anti Bell. p. 542.

(k) *Dieter.* p. 710. *Bechm.* Inſt. 652. *Bechm.* Ann. in Hutt. 774.

(l) *Bechm.* Theol. Pol. p. 1009. Ej. Inſt. 652. Ej. An. in Hutt. 775. *Bechm.* Ann. in Dieter. 358. Conc. Trid. Seſſ. XXII. c. 7. 9. p. 142. *Platina* in Vita Alex.

benedicto, (n) seu consecrato, adhibitis verbis institutionis, tanquam *forma* S. Cœnæ, D. tum sequitur dispensatio corpus ipsius verum & substantiale, (o) *Luc. XXII, 18. 1. Cor. XI, 24* manducandum & sangvis Ejus bibendus, (p) tanquam materia cœlestis vere præsens, (q) (*contra Calvin Matth.* E. *l. c. 1. Cor. X, 16. XI, 27.*) & unione sacramentali (r) cum materia terrena in ipso usu, extra D. usum enim non habet rationem sacramenti, conjuncta: *contra Pontificiorum transsubstantiationem* (s) *mutilationem & circumgestationem* E.

Alex. I. Papæ. *Calvör.* de Pace Eccles. 574. *Scherz.* Anti-Bell. 544. *Gerh.* Isag. p. 2002. *Eckard.* Pand. p. 1214.

(n) *Bajer.* 923. *Bechm.* Inst. p. 665.

(o) *Baj.* p. 918. *Dieter.* 714. *Gerh.* Dispp. Th. p. 978.

(p) De communione sub utraque *Gerh.* Dispp. Th. p. 1576. *Eckard.* Pandect. 1267. *Bechm.* Theol. Pol. 997. Ej. Ann. in Dieter. 352. *Bechm.* Inst. Theol. 653. *Scherz.* Anti-Bell. 550. Ej. Ann. in Hutt. 824. *Gerh.* Isag. p. 2005. Conc. Trid. Sess. XXI. can. 23.

(q) *Bechm.* Theol. Pol. p. 975. Ej. Inst. p. 656. sqq. *Bechm.* Ann. in Hutt. p. 795. *Gerh.* Isag. p. 1123. *Eckard.* Fasc. Contr. cum Calv. p. 489. 573.

(r) *Dieter.* p. 716. *Bechm.* Ann. in Hutt. p. 800. *Bechm.* Ann. in Dieter. 362.

(s) De Transsubstant. vid. *Dieter.* 743. *Bechm.* Ann. in Diet. 368. *Bechm.* Th. Pol. 991. Ej. Ann. in Hutt.

nem(t) datur & ore corporis (u) accipitur a
dignis æque ac indignis, (x) *ll. cc.* commu-
D. nicantibus Christianis, (y) qui sunt
subjectum seu *Finis Cui*. Non autem h. l. diffe-
rentia inter Clericos & laicos est admittenda,
E. *contra Pontif.* in mortis Christi com-
D. memorationem, peccatorum
remissionem, juxta verba institutionis,
P. fidei confirmationem, qua cum sem-
per opus habeamus, sæpe sacramento uten-
dum, *1. Cor. XI, 25.* cum Christo, & aliis
credentibus, unionem, *1. Cor. XII, 13. Eph.*
V, 30. & vitæ æternæ consecutio-
C. nem, (z) *Matth. XXVI, 29.* Hos autem *Fines*
D. nemo consequitur, nisi, qui seipsum proba-
re

Hutt. 833. *Bechm.* Inst. 662. *Gerh.* Isag. p. 1151. Conc. Trid. Sess. XIII. can. 4. p. 74. *Eckard.* Pandect. 1252. *Scherz.* Anti-Bell. 524. sqq.

(t) de Circumgestat. *Scherz.* Anti-Bell. p. 537. 567. *Eckard.* Pand. 1228. 1234. *Gerh.* Isag. 1176. 1180. 1184. sq.

(u) *Bechm.* Ann. in Hutt. 803. 812. *Gerh.* Isag. 1167. sqq. *Dieter.* p. 751.

(x) *Bechm.* Ann. in Hutt. p. 816. *Dieter.* 751. *Gerh.* Isag. p. 1198. seq. *Eckard.* Fasc. Contr. 565.

(y) *Baj.* 914. *Dieter.* 770. *Bechm.* Inst. 666. Lj. Ann. in Dieter. p. 370. *Gerh.* Isag. p. 1195.

(z) *Baj.* 926. *Dieter.* 748. *Bechm.* Inst. 665. *Bechm.* Ann. in Hutt. 838. *Gerh.* Isag. p. 1186. sqq.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0144
DFG

re potuerit & digne sacramento usus fuerit, *1. Cor. XI, 28 seqq.* Inde

Ebrius, infamis, erroneus, atque furentes,
Cum pueris, Domini non debent sumere corpus. (a) P.

PART. III. CAP. XII.

De
Prædestinatione & Reprobatione.

§. I. De Prædestinatione. (b)

PRædestinatio, (c) *electio*, (d) ad gloriam scilicet, *Rom. IIX, 29. 33. Eph. I, 4. 5.* inscriptio in librum vitæ, (e) *Phil. IV, 3. Apoc. XX, 16.* liber DEI scriptus *Exod. XXXII, 32.* scriptio in libro, *Dan. XII, 46.* in libro vitæ agni, *Apoc. XIII, 8. XXI, 27.* scriptio nominum in cœlis. *Luc. X, 20.* quæ infallibilis quidem, *2. Tim. II, 19.* & immutabilis est, (f) *Joh. X, 28. contra Socin.* particularis licet, (g) *contra Huberum Matth.* D. C. E.

(a) vid. *Weiss.* Dissert. de non admittendis ad S. Cœnam. *Gerh.* Isag. p. 1196. sqq.
(b) Epitome p. 617. Solid. Declar. p. 797.
(c) *Baj.* 932. *Bechm.* Ann. in Hutt. 542. *Gerh.* Isag. 430. sqq.
(d) *Dieter.* p. 529. *Bechm.* Ann. in Dieter. 297. *Bechm.* Inst. 440.
(e) vid. *Turrentini* Dissert. de Inscriptione in Librum Vitæ. *Bajer.* p. 969. sqq.
(f) *Bajer.* 961. *Bechm.* Theol. Pol. 723.
(g) *Bechm.* Theol. Pol. 684. *Gerh.* Isag. 478. *Bechm.* Ann. in Hutt. 575. *Bechm.* Inst. 445.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0145
DFG

Matth. XX, 16. ſtricte (h) dicta, latius enim totum proceſſum DEI in negotio ſalutis in tempore locum habiturum & ab æterno decretum ſignificat *in Form. Concord. Art. XI. n. 4. p. 618. & gradus p. 802.* eſt decretum DEI æ-
D. teruum, in quo conſiſtit genus, quo DE-
E. US (i) Trinunus, tanquam cauſa effic. virtua-
C. liter cauſans ex immenſa ſua miſeri-
cordia (k) *Eph. I. c. 2. Tim. I, 9.* homi-
nes illos omnes & ſolos, (l) quos
D. in Chriſtum finaliter credituros
prævidit, qui ſunt objectum perſonale
C. prædeſtinationis, *Marc. XVI, 16. Joh VI, 40. Ebr. II, 16.* propter Chriſti meritum, (m) *Eph. I, 3. ſqq.* (E. non ſecundum opera) (n) eſt cauſa impulſ. externa principalis, finali
E. fide, (o) quæ eſt minus principalis, *contra Calvinia-*

(h) *Baj.* p. 934. 963.
(i) *Baj.* p. 947.
(k) *Baj.* 949. *Dieter.* p. 532. ſq.
(l) *Baj.* 960. *Bechm.* Inſt. 455.
(m) *Baj.* 950. *Bechm.* Inſt. 446. 453. *Gerh.* Iſag. p. 457.
(n) *Bechm.* Theol. Pol. p. 707. Ej. Ann. in Hutt. 545. *Eckard.* Pand. Contr. 912. *Gerh.* Diſpp. Th. 1601.
(o) *Bajer.* p. 953. *Dieter.* 532. 545. *Bechm.* Ann. in Diet. 299. *Bechm.* Theol. Pol. p. 690. *Bechm.* Inſt.

vinianorum absolutum decretum, l. c. & 2. Thess. II, 13. apprehensum, atque ita prævisum, prædestinatio enim sine præscientia D. esse nequit, (p) non vero viceversa, *Rom. IIX, 29.* Inde electus per mortalia peccata fidem & Spiritum S. excutere quidem potest totaliter, non vero finaliter, (q) *contra Bezam. l. c. v. 13.* E. Certus quippe esse potest credens de electione sua, (r) *contra Pontif.* firmam ergo eandem efficere studeat *2. Petr. I, 10.* salute æterna P. donare constituit, in quo actu decre- D. tum hoc formaliter consistit *Ezech. XXX, 11. Joh. III, 16.* salutis eorum, *Matth. XXV, 34.* & suæ gloriæ causa. (s) *Eph. I, 6.* D.

§. II. De Reprobatione.

Reprobatio, (t) cujus concretum ἀδό-

Inst. 446. Ej. Ann. in Hutt. 580. 586. *Gerh.* Isag. 435. sqq. 462. sqq. *Eckard.* Pandect. Contr. cum Pontif. p. 910. *Eckard.* Fascic. Contr. cum Calv. p. 349. 354. 359.

(p) de Differentia inter Præscientiam & Prædestin. vid. *Bechm.* Ann. in Hutt. p. 539.

(q) *Baj.* 962. init. *Bechm.* Ann. in Hutt. p. 590. *Bechm.* Ann. in Diet. 306. *Gerh.* Dispp. Th. 493. sq.

(r) *Bechm.* Th. Pol. p. 711. Ej. Ann. in Hutt. p. 518. *Bechm.* Inst. 457. 525. *Gerh.* Isag. 480. *Scherz.* Anti Bell. 748. sqq. *Gerh.* Dispp. Theol. 1601.

(s) *Bajer.* 960.

(t) *Bajer.* 964. *Bechm.* Inst. 458.

ἀδόκιμος, reprobus, est ἔγγραφον, 1. Cor. IX, 27. 2. Cor. XIII, 5. Ebr. VI, 8. incaute autem *prædestinatio* (u) *ad mortem* dicitur: est decretum DEI æternum, quo Deus ex justitia sua vindicativa, (x) seu ira, cujus vasa reprobi dicuntur, *Rom. IX, 22. 2. Tim. II, 20.* homines peccatores finaliter incredulos, (y) qui nemini magis nisi sibi ipsis damnationem imputare de-
P. bent, (z) *Hos. XIII, 9. Matth. XXII, 14. Luc. XIV, 18. seqq.* propter peccata eorum, (a) quæ quatenus cum finali incredulitate conjuncta sunt, constituunt causam impuls. exter-
E. nam demeritoriam, (b) *contra Calvin. Marc. XVI, 16.* damnare, repudiare, abjicere, ab æterno decrevit, ad punienda peccata eorum, & justitiæ suæ gloriam! (c) *Rom. II, 5.*

PART.

(u) *Eckard.* Fascic. Contr. p. 300.
(x) *Baj.* p. 964.
(y) *Baj.* p. 967. *Gerh.* Isag. 469.
(z) *Dieter.* p. 551.
(a) *Baj.* p. 965. *Eckard.* Pandect. Contr. 916. *Eckard.* Fasc. Contr. cum Calv. 362. *Gerh.* Disp. Th. 1602.
(b) *Bechm.* Th. Pol. p. 731.
(c) *Bajer.* p. 967.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0148
DFG

PART. III. CAP. XIII.

De
Ecclesia. (d)

§. I. De *quidditate* ecclesiæ.

ECclesia, (e) quæ alias dicitur corpus Christi, *Eph. IV, 12.* sponsa Christi. *Apoc. XXII, 17.* Regnum cœlorum *Matth. III, 2.* Civitas DEI, *Ps. XLVI, 5. Eph. II, 19.* Domus DEI, *Ps. XXVII, 4.* Vinea Domini, *Matth. XX, 1.* Cujus varia quoque prædicata *in Cantico Canticorum*: proprie dicta, improprie enim quamvis concionem, etiam inordinatam significat, *Act. XIX, 32. 39. 40. Proprie* (f) autem *sumitur tribus* modis (1) pro *militante*, in his terris, quæ a militia spirituali ita dicitur, *Eph. V, 10 seqq. 1. Petr. V, 8. 1. Joh V, 4.* (2) pro *triumphante* in cœlis, *Apoc. VII, 9. sqq.* (3) pro *utraque Eph. I, 22. Ebr. 12, 22. sqq.* Nomen autem hoc absolute positum *Ecclesiam militantem* præcise significat, *Act. XX, 28. Rom. XVI, 4. & alibi*, quæ porro notat vel *repræsentativam* (g) *Matth. XVIII, 17.* vel *synthetica*m, & hæc ulterius accipitur vel *generaliter* pro toto cœtu externo credentibus, hypo-

I

(d) Aug. Conf. Art. VII. VIII. p. Apolog. 144. Art. Smalc. p. 335.

(e) *Baj.* p. 977. *Dieter.* 450. *Bechm.* Ann. in Hutt. 666. *Gerh.* Isag. p. 1207. 1211.

(f) *Bajer.* p. 977. *Dieter.* 454. *Bechm.* Inst. 566. *Bechm.* Ann. in Hutt. 678. *Gerh.* Isag. 1209.

(g) *Bajer.* p. 1018.

pocritis & malis aggregato: vel *specialiter* pro communione vere credentium & sanctorum. *Hoc loco de Ecclesia militante, synthetica proprie & specialiter sumta agimus:* est cœtus, seu congregatio, vere credentium &
E. sanctorum, eorumque solorum, (h) *contra Pontif. Rom. XI, 17. 20. sqq. Gal. II, 26.)* hi enim constituunt materiam ecclesiæ. Non igi-
P. tur nobis sufficiat externo tantum cœtui adesse & externis mediis uti, *Rom. II, 28. 29. 1. Cor. X,*
D. *1. seqq.* a DEO, (i) *Ps. XCV, 7. 1. Petr. II, 9. seqq.* & Christo Θεανθρώπῳ, ex gratuito erga homines favore, (k) propter meritum Christi, *Act. XX, 28.* collectorum, Christo, tanquam ca-
E. piti, (l) *Eph. I, 22. V, 23. Col. I, 18. II, 19.* Alio ergo *visibili* capite cum ecclesia non opus habeat,
P. (m) *contra Pontificios*, Huic soli adhæreat, *Eph. IV, 15. seq.* Domino ac Redemtori suo,

(h) *Bajer.* p. 989. *Dieter.* p. 450. fin. *Bechm.* Instit. 566. *Bechm.* Ann. in Hutt. 680. *Bechm.* Theol. Pol. 736. *Gerh.* Isag. p. 1218. *Eckard.* Pandect. Contr. p. 390.
(i) *Bajer.* 988. *Gerh.* Isag. p. 1215.
(k) *Bajer.* 989. *Gerh.* Isag. 1215.
(l) *Bajer.* 982. *Bechm.* Inst. 569. *Bechm.* Ann. in Hutt. 674. sqq. Ej. Ann. in Dieter. p. 242.
(m) *Baj.* p. 987. *Dieter.* 456. sqq. *Bechm.* Inst. 570. *Bechm.* Theol Pol. 755.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0150
DFG

suo, in quo capite membra crescunt, iisque nihil deest. *Joh. I, 16. 1. Cor. III, 21. seq. Eph. I, 23.* C. per veram fidem, (n) (in qua Forma ecclesiæ consistit) unitorum, in quo D. Christus, non exclusis reliquis Personis Divinitatis, per verbum & Sacramenta, (o) tanquam per media accendendæ & confirmandæ fidei; subinde alios regenerat, sicque ecclesiam amplificat *juxta promiss. Ps. LXXX, 9. CII, 14. seqq.* alios, per fidem sibi jam insitos, sanctificat, *Es. LIV, 1. seqq. coll. Gal. IV, 27.* ad corporis totius ac membrorum singulorum ædificationem, (p) *Eph. IV, 12. 16.* ædificet itaque alter alterum, *1. Cor. XII, 4 sqq.* P. *1. Petr. IV, 80. Ebr. X, 25.* & salutem, *Eph. I, 11. seqq. Ebr. XII, 22. seqq.*

§. II. De *attributis & distinctionibus* Ecclesiæ.

Hæc ecclesia, *juxta Symb. Nicænum,* D. est I. una, (q) tum absolute *Rom. XII, 5.*

(n) *Bajer.* p. 990. *Bechm.* Inst. 567.
(o) *Gerh.* Ifag. p. 1215.
(p) *Bajer.* 991.
(q) *Bajer.* p. 992. *Dieter.* 452. *Bechm.* Inst. 581. *Bechm.* Ann. in Hutt. 667. Fj. Ann. in Diet. 241.

C. *Eph. IV*, 4. tam exclusive, qua ratione *perpetua* est, *Ps. XLIIX*, 9. *Dan. II*, 44. Fieri autem potest, ut ecclesia *visibilis* (r) particularis deficiat,(s)quemadmodumRomana a tempore
E. Antichristi revera in multis primariis fidei articulis defecit, (t) non tamen ideo tota periit, *Apoc. XIIX*,3. Huc pertinet etiam *unitas externa*, (u) ratione doctrinæ, sacramentorum,
D. charitatis officiorum. &c. Unitati repugnat *Schisma* (x) & *Syncretismus*, (y) II. Sancta, (z) sanctitate Capitis *Ebr. IV*, 15. & membrorum; cum imputativa, *1. Cor. I*,30. tum inhæ-
E. rente, *Rom. IIX*, *1. contra Pontificios.* Simus
P. ergo in Christo viva veræ ecclesiæ membra, *Gal. V*, 6. *VI*, 15. utpote sistendi coram facie
C. DEI glorioſi & sancti, *Cant. VI*, 9. *Eph. V*, 27.

III.

(r) De Divis. Eccl. in Visibilem & Invisib. vid. *Bechm.* Ann. in Hutt. p. 679. it. Ej. Inst. 577. it. Ej. Th. Pol. 745. *Gerh.* Isag. p. 1227. *Eckard.* Pandect. 396. *Scherzer.* Anti-Bell. 337. sqq.

(s) *Dieter.* p. 460. *Bechm.* Ann. in Hutt. p. 689. 694. *Gerh.* Isag. p. 1247. 1236. *Eckard.* Pandect. 411. *Scherz.* Anti-Bell. 368.

(t) *Dieter.* 461. *Bechm.* Theol. Pol. 785.

(u) *Bajer.* 994.

(x) De Schismate *Baj.* p. 1023. *Scherz.* Anti-Bell. 271. Ej. Brevic. Theol. 236.

(y) De Syncretismo *Bajer* 1026. *Scherz.* Brevic. p. 239. *Bechm.* Inst. 19. *Buddei* Lexic. Unic. Voce Syncretistæ. *Calvör.* Historia Syncretistica.

(z) *Bajer.* p. 995. *Dieter.* 458. *Bechm.* Inst. p. 583. *Bechm.* Ann. in Hutt. 687. Ej. Ann. in Diet. 246.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0152
DFG

III. Catholica, (a) non solum quatenus D.
est orthodoxa & christiana, doctrinam Prophe-
tarum, Christi & Apostolorum *universali* &
unanimi consensu recipiens, sed etiam ratione
locorum *Ps. XIX. 5.* populorum *Gal. III, 28.* &
temporis *Matth. XXVIII, 20. contra acatholi-* E.
cismum Papalem. (b) IV. Apostolica, D.
(c) quia superstructa super fundamentum
Apostolorum *Eph. II, 20.* Itaque *successio localis*
non sufficit: Et distingvitur inadæqua- E.
te quidem in universalem, (d) ad quam
promissiones perpetuæ durationis pertinent, C.
Matth. XVI, 18. 1. Tim. III, 15. & particu- D.
lares, *Act. XV. 41. XVI, 5. 1. Cor. XVI, 19. Gal.*
I, 2. quæ vel *simplices*, vel *compositæ*, ratione re-
giminis ecclesiastici. Ecclesia generaliter
& synecdochice spectata, (in qua P.
impii sæpe præponderant *Es. III, 9. Luc. XVIII.*
c. 8. seq. DEUS tamen novit suos *2. Tim. II, 19.* C.
2. Cor. VI, 9. Phil. II, 15. eosque aliquando sepa-
rabit, *Matth. III, 12. sqq. XIII, 30. 41.*) distin-

 gvi-

(a) *Baj.* 996. *Dieter.* 465. *Bechm.* Inst. 584. *Gerh.* Isag. p. 1262. 1230.

(b) *Eckard.* Pandect. Controv. p. 432. *Scherz.* Anti-Bell. 392.

(c) *Bajer.* p. 998. *Dieter.* 468. *Bechm.* Inst. p. 383. *Gerhard.* Isag. p. 1214.

(d) *Baj.* p. 1001. *Bechm.* Inst. 575. *Bechm.* Ann. in Hutt. p. 683.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0153
DFG

gvitur in veram, (e) seu puram, cujus potiorem partem constituunt vere credentes &
D. sancti: & falsam, seu impuram, cujus potiorem partem constituunt impii & in doctrina fidei errantes. *Ad particularem puram* ab homine Christiano dignoscendam *sufficiunt duæ notæ externæ*, (f) nempe *pura verbi prædicatio, & legitima sacramentorum administratio, contra Pontificios. Act. II, 42.* Possunt
E. tamen reduci ad solam verbi prædicationem,
D. *Joh. X, 27.* verbum enim docet quoque qua ratione sacramenta rite sint dispensanda.

PART. III. CAP. XIV.

De Ministerio Ecclesiastico. (g)

D. MInisterium ecclesiasticum, (Græce διακονία, (h) *Act. I, 17. VI, 14. 2. Cor. III, 8. 9.*) mediante quo homines ad communionem ecclesiæ vocantur, (i) *contra Anabapt.*

(e) *Baj.* p. 1008. *Bechm.* Ann. in Hutt. 705.
(f) *Baj.* p. 1016. *Dieter.* 469. *Bechm.* Inst. Theol. 585. *Bechm.* Theol. Polem. 467. *Bechm.* Ann. in Hutt. 695. sqq. *Gerh.* Isag. p. 1254. *Eckard.* Pandect. 426.
(g) Aug. Conf. Art. V. & XIV. Apologia p. 204. Artic. Smalcald. 334.
(h) *Baj.* 1308. *Bechm.* Annot. in Hutt. 639. *Gerh.* Isag. p. 1320.
(i) *Dieter.* p. 476. *Bechm.* Inst. 598. *Bechm.* Ann. in Hutt. 643. sqq.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0154
DFG

bapt. Sec. XVII. *& similes.* est officium E.
publicum, *juxta ll. cc.* a DEO, (k) *Ps.* D.
LXIIX, 12. Gal. I, 1. Act. XX, 28. Matth. XXIIX,
19. Eph. IV, 11. 1. Cor. XI, 23. a Quo conservatio P.
ministerii expetenda *Matth. IX, 38.* qui id ipsum
ex ardentissimo erga ecclesiam amore sustentare promisit, *Zach. XIII, 2. Matth. XXIV, 14.* D.
2. Cor. V, 18. seq. ordinatum, in quo D.
certæ personæ, quæ dicuntur (l) *ministerii &c. 1. Cor. IV, 1.* servi Christi. *Tit. I, 1.* mares non fœminæ, (m) *contra Anabapt.* Sec. E.
XVII. *& Socin.* Sec. XVI. *1. Cor. XIV, 34. 1. Tim.*
II, 12. sint autem irreprehensibiles, (n) *1. Tim.* P.
III, 2. seq. Tit. I, 6. legitime vocatæ,
vocat autem Deus (o) (α) *immediate*, ubi *vel*
Ipse personas denominat e. g. Mosen *Exod. III,*
10. Prophetas plurimos & Apostolos: *vel singu-* D.
lari modo & mandato vocat, e. g. Aaronem
Exod. IV, 10. seqq. Matthiam *Act. I. 24. seqq.*
(β) *mediate* per ecclesiam, non per solos Epi- E.
scopos excluso statu politico, (p) *contra* Pon-

(k) *Baj.* p. 1039. *Bechm.* Inst. 598. *Bechm.* Ann. in Hutt. 647. *Gerh.* Isag. p. 1331.
(l) *Gerh.* Isag. p. 1322. 1325. sq.
(m) *Gerh.* Isag. p. 1380.
(n) *Gerh.* Isag. p. 1378.
(o) *Baj.* p. 1040. *Dieter.* 477. *Bechm.* Ann. in Diet. 255. *Bechm.* Inst. 601. *Bechm.* Ann. in Hutt. 654. 658. *Gerh.* Isag. p. 1333. 1341. sqq.
(p) *Bechm.* Inst. p. 601. *Bechm.* Ann. in Hutt. 659.

Eckard.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0155
DFG

tificios, Matth. XIIX, 18. Act. VI, 3. seqq. Con-
D. currunt ad hanc vocationem (q) (1) *Electio* seu judicium de doctrina, vita & donis ad hoc munus obeundum necessariis, quæ utrique statui convenit, *1. Joh. IV, 1.* (2) *Vocatio specialissime dicta*, quæ sicut etiam prima *præsentatio* fit a
E. Patrono, consentiente ecclesia *contra Pontifici-*
D. *os.* & ordinatæ, (3) *ordinatio* (r) est personæ electæ per certos ritus ad officium inauguratio: quæ juris Divini est & more Apostolico
P. fit per impos. manuum & preces. *Act. VI, 6.*
E. *XIII, 2. seqq. 1. Tim. IV, 14. V, 22. contra eosdem:* peragitur a statu ecclesiastico, sed nomine ec-
D. clesiæ. Perinde autem est, sive quis ordinetur
E. ab Episcopo, sive a Presbytero, (s) *contra Pontif. Act. XX, 17. 28. 1. Petr. V, 1. 2.* Omnes hi
D. actus uno nomine vocantur *missio. Esa. VI, 8. sq.* Patet inde legitima B. Lutheri & Evangelico-
E. rum ministrorum Vocatio; (t) *contra eosd.* ver-

Eckard. Pandect. 468. *Bechm.* Theol. Pol. 795. *Gerh.* Isag. p. 1348. 1356. *Scherz.* Anti-Bell. p. 397. sqq.

(q) *Bajer.* p. 1043. *Gerh.* Isag. p. 1360.

(r) *Dieter.* p. 483. *Bechm.* Inst. 603. *Bechm.* Ann. in Diet. 256. *Gerh.* Isag. p. 1369. 1374. *Eckard.* Pandect. 466.

(s) *Dieter.* p. 484. *Eckard.* Pandect. 297. *Scherz.* Anti-Bell. 402. sqq. *Polydor. Vergilius* p. 324.

(t) *Bechm.* Theol. Pol. 811. 816. Dieter. 475. *Gerh.* Isag. p. 1363. 1366. *Bechm.* Ann. in Hutt. 648. *Eckard.* Pandect. p. 454. 456.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0156
DFG

Verbum DEI publice & privatim do- D.
cent, (u) *Matth. XXVIII, 19. 2 Tim. II, 15. 24.* docent autem juxta *1. Sam. XII, 23. 1. Cor. III, 7.* P.
1. Tim. IV, 12. seqq. 1. Petr. V, 2 seqq. sacra-
menta ordinarie administrant *vid.* D.
supra capita de sacramentis, peccata re-
mittunt ac retinent (x) *Matth. XVI, 19.*
Joh. XX, 23. quæ ministrorum potestas, licet
efficax sit, *contra Donatistas* Sec. IV, (y) *& alios,* E.
non tamen ministrorum propria, sed subor- D.
dinata (z) & Christi est, *Es. XLIII, 25. Marc. II,*
7. contra Pontif. Ergo confessio & absol. E.
privata utiliter retinetur *Matth. III, 6. Prov.* C.
XXIIX, 13. Excommunicatio (a) quoque seu li- D.
gatio, tum *major,* tum *minor,* publica & pri-
vata, respectu impœnitentium, (non autem lo- E.
custarum, muscarum &c. *contra Pontif.*) val-
de necessaria est: & cætera, quæ ad
ecclesiam pertinent, curant ac D.
dirigunt, inde etiam magistratus in abro-

 gan-

(u) *Baj.* p. 1047. *Dieter.* 485. *Bechm.* Inst. 605. Ej. Ann. in Hutt. 654. *Gerh.* Isag. p. 1400.
(x) *Dieter.* p. 486. *Bechm.* Inst. 607. *Bechm.* Ann. in Dieter. 259.
(y) *Bechm.* Ann. in Hutt. 651. Ej. Ann. in Diet. 258.
(z) *Baj.* p. 1053.
(a) *Baj.* p. 1056. *Dieter.* 489. *Bechm.* Inst. p. 609. Art. Smalcald. p. 333.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0157
DFG

gandis & instituendis ceremoniis eccl. consilio
P. & opera ministrorum piorum uti debet (b)
1. Par. XIV, 2. 1. Cor. XIV, 40. ad hominum,
qui sunt Finis Cui (c) *Act XX, 28. 29. 1. Petr. V,*
P. *23.* Hi precibus ad DEUM, obsequio & sala-
rio docentibus sunt obligati, *Eph. VI, 19. Act.*
IV, 19, 29. seqq. Ebr. XIII, 17. Gal. VI, 6. seqq.
D. conversionem, *Act. XXVI, 18. 1. Cor. III,*
5. 2. Cor. IV, 6. V, 18. sanctificationem,
C. *Eph. IV, 12. sqq.* & salutem æternam.
(d) *1. Tim. IV, 16.*

PART. III. CAP. XV.

De

Magistratu Politico. (e)

D. MAgistratus, (f) (ab antiquo verbo *magistrare* sic dictus,) h. l. *non* juxta scho-
las Politicorum in *oppositione ad majestatem,*
sed stylo Scripturæ abstractive (g) ac-
ceptus, (ἐξουσία, *Rom. XIII, 1.*) nam concre-
tive est persona aut multitudo personarum di-
vinitus vocatarum &c. quas Scriptura dicit De-
os,

(b) *Dieter.* p. 492.
(c) *Baj.* p. 1061.
(d) *Gerh.* Ifag. p. 1394.
(e) Aug. Conf. Art. XVI. Apolog. 214. Catech. Maj. p. 439.
(f) *Dieter.* p. 134. *Bechm.* Inst. 671. *Gerh.* Ifag. 1423.
(g) *Bechm.* Ann. in Hutt. 886. Ej. Inst. Th. 672. Ej. Ann. in Diet. 54. *Crellii* Concord. voce Obrigkeit.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0158
DFG

os, *Exod. 22, 28. vid. part. 1. c. 1, §. 1.* item ministros regni Ejus (h) *Sap. 6, 5.* est officium publicum, in quo consistit genus a DEO, (i) qui invocandus est, ut idoneas personas huic statui præficiat, *Num. 27, 15. seqq.* ordinatum, *Devt. 1, 17. Prov. 8, 15. Rom. 13, 1.* in quo certæ personæ legitime vocatæ, quarum requisita, *Exod. 18, 21. 2. Par. 19. 7. Sap. 1, 1. c. 9, 1. seqq.* Vocat autem Deus Magistratum vel immediate (k) *Exod. 3, 10. Num. 27, 18. 1. Sam. 9, 15. c. 16, 12.* vel mediate, per electionem, successionem aut occupationem legitimam, *Jer. 27, 6. Rom. l. c.* contra Anabaptistas, *Matth. 17, 25. seqq. Act. 25, 10. Tit. 3, 1. seq. 1. Petr. 2, 13.* & potestate circa res civiles, (l) quæ officii magistratus objectum per se sunt, itemque sacras; (m) dog-

P. D. E. D.

(h) De Synonym. vid. *Gerh.* Isag. p. 2424.
(i) *Baj.* p. 1063. *Gerh.* Isag. 1427. *Bechm.* Inst. 672. Ej. Ann. in Hutt. 887. *Bechm.* Theol. pol. 1019. *Bechm.* Ann. in Diet. 55. conf. *Budd.* Diss. de Concord Christ. Religion. Statusq Civ. c. VI. §. 4.
(k) *Baj.* p. 1065. *Bechm.* Inst. 674. *Gerh.* Isag. 1438.
(l) *Baj.* 1066. *Bechm.* Inst. 678. *Bechm.* Ann. in Hutt. p.
(m) *Bajer.* 1069. *Gerh.* Isag. 1457. *Bechm.* Ann. in Hutt. 890. *Budd.* Th. Mor. P. II. c. 3. Sect. VII. §. 16. *Bechm.* Th. Pol. p. 1032. De Convocatione Conciliorum vid. *Bechm.* Inst. 679. *Gerh.* Isag. 1462.

dogmata fidei quidem secundum se non subsunt potestati magistratus, sed ipsum etiam Ma-
P. gistratum obligant, *Devt. 12, 32. Gal. 1, 8.* disci-
D. plina tamen ecclesiastica, *2. Par. 20, 3.* vocatio & visitatio ministerii ecclesiastici & scholastici,
P. *1. Par. 28, 1. seq. 2. Par. 17, 7. c. 29, 4. Esa. 49. 23.* bonorum ecclesiasticorum dispensatio, *2. Reg. 12, 4. seq. 22, 4.* ecclesiæ ab improbis & hæreticis purgatio *1. Reg. 2, 26. seq. c. 15, 12. 2. Par. 17, 6. c. 34. 3. seq.* maxime etiam ad magistratum civilem spectant, ita tamen, ut
D. (α) *hæreticos* (n) qua tales, capitali supplicio
P. afficere non debeat, (o) *Matth. 13, 29. Tit. 3, 10. contra Pontificios.* (β) consilio siucerorum ver-
E. bi Doctorum utatur, (p) *Devt. 17, 18. Jos. 1, 7.*
P. *vid. c. præcedens.* **instructæ, in Republica leges ferunt,** (q) *Tit. 3, 1.* **judicia exercent & transgressores puniunt,** (r) competit enim Magistratui officium legislatorium, judiciarium & puni-

1462. *Eckard* Pandect. p. 510. *Bechm.* Ann. in Hutt. 891. *Scherz.* Anti-Bell. 309. sqq. De Conciliis vid. *Dieter.* Ann. in Diet. 246.

(n) De Hæresi vid. *Bechm.* Inst. p. 17.

(o) *Baj.* p. 1072. *Bechm.* Th. Pol. 1025. *Gerh.* Isag. 1503. *Eckard.* Pand. Contr. 653. conf. *Thomasii* Dissert. An Hæresis sit crimen?

(p) *Bajer.* 1074.

(q) De forma vid. *Gerh.* Isag. p. 1446.

(r) *Bechm.* Th. Pol. p. 1039. *Gerh.* Isag. 1497. Ej. Ann. in Hutt. 905. *Bajer.* 1070.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0160
DFG

nitivum, *Gen. 9, 6. Rom. 13, 4.* eamque adversus hostes, externos & internos defendunt, ad injustam vim abigendam licite quoque bellum gerunt, (s) *1. Sam. 18, 17.* E. *Matth. 8, 9. Act. 10, 1. sqq. contra Anabaptistas* C. salutis publicæ causa, *Rom. 13, 4. init. 1. Tim. 2, 2.* Correlatum magistratus sunt *subditi*, (t) omnes scilicet, qui in Republ. continentur, nec tamen sunt magistratus ipse: neque differentia est inter laicos & clericos, *contra Pontificios Matth. 17, 27. Act. 25, 10. seqq.* E. *Rom. l. c. & alibi.* Subditi autem magistratui cuivis ad preces *1. Tim. 2, 2.* honorem, *Rom. 13, 7. 1. Petr. 2, 17.* tributa, *Rom. 13, 6.* & obedientiam universalem, (exceptis iis, quæ sunt contra voluntatem DEI, *Rom. l. c. Act. 5, 29.*) obligati sunt: Nam qua internum hominem Christiani nemini sunt subjecti, nisi Regi Regum. *Prov. 23, 26. Rom. 14, 17. Apoc. 19, 16.*

PART. III. CAP. XVI.

De statu domestico & speciatim Conjugali.

COnjugium, (u) a communi jugo dictum, dicitur etiam *matrimonium* a fine con- D.

(s) *Bajer.* p. 1075. *Bechm.* Ann. in Hutt. 908. *Gerh.* Isag. p. 1512. *Erasm. Roterod.* Tr. de Milite Christ.

(t) *Baj.* p. 1077.

(u) *Dieter.* 159. *Bechm.* Ann. in Hutt. 915. De Etymol. Homon. & Synom. vid. *Gerh.* Isag. 1536.

conjugii, nempe procreatione liberorum, per quam mulier mater fit, est societas domestica; præter hanc dantur etiam *societas* (1) *paterna*, quæ est conjunctio parentum (*quorum*
P. *officia 1. Tim. 5, 8. Matth. 7, 9. Eph. 6, 4. Col. 3, 21. Prov. 29, 17.*) & liberorum (*horum off. Ex. 20, 12. Eph. 6, 1. seq. 1. Timoth. 5, 4. Prov. 10, 1. c. 22, 22.*) Divinitus instituta, ad educationem liberorum & totius societatis salutem, *vid. ll. cc.*
D. & (2) *Herilis*, quæ est conjunctio inter Dominum & servum, Dominam item & ancillam, juxta voluntatem divinam ordinata (*Exod. 21, 1. seq. 1. Cor. 7, 20. seq. Eph. 6, 5. seq. Col. 3. 23. 24. 1. Petr. 2, 19.*) ad mutuam utilitatem. De officio Dominorum vid. *Exod. 20. 10. Devt.*
P. *24, 14. Matth. 8, 6. c. 10, 19. Jac. 5, 14* Servo-
D. cum *Eph. Col. & 1. Petr. ll. cc. Tit. 2, 9* seu conjunctio, pro statu accepta, cujus actus inchoantur a consensu libero, qui verbis significatur, dum *sponsalia* (x) *& benedictio sacerdota-*
E. *lis* (y) celebrantur, manifestatur: unius, ad excludendam *Polygamiam* simultaneam, (z) *Matth.*

(x) De Sponsal. vid. *Baj.* 1087. *Tromsdorff* Disp. de Societate Matrimoniali p. 2. *Bechm.* Casus Conscient. p. *Gerh.* Isag. p. 1565.

(y) De Benedictione Sacerdotali vid. *Mülleri* Hierolog. it. *Tromsd.* Disp. de Soc. Matrim. p. 16.

(z) *Bechm.* Th. Pol. p. 1051. *Gerh.* Isag. 1582. *Budd.* Theol. Mor. P. II. c. 3. Sect. IV. §. 9. *Bechm.* Ann. in Hutt. 917. *Bechm.* Ann. in Diet. 70. Ej. Inst. 724.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0162
DFG

Matth. 19, 4. sq. successiva enim est licita, *Rom.* D.
7, 2. *1. Cor. 7, 8. seq. 1. Tim. 5, 14.* maris &
fœminæ, (a) sunt *materia* conjugii citra dif- E.
ferentiam status ecclesiastici (b) & secularis, *1.*
Cor. 7, 7. seq. 9, 5. 1. Tim. 3, 2. 12. Tit. 1, 6. Inte-
rim *cœlibatus* libere & caste servatus sua laude P.
frustrandus non est, *1. Corinth. 7, 1. 8. 28. seqq.*
Matth. 24, 19. Requiritur autem ad personas, D.
(c) ut *solutæ & habiles* sint per justam *ætatem &*
sanitatem, itemque, ut eorum conjunctioni
consanguinitas (d) *aut affinitas* (e) non obstet,
Lev. 18, 6. seqq. 20, 10. 11. 17. seqq. 1. Cor. V, 1.
hujusmodi enim illegitima matrimonia pro P.
peccaminosis imo *nullis* declarantur. *Dispen-* E.
satio quoque tantum in illis gradibus, qui per
legem positivam ecclesiasticam prohibiti sunt,
locum habet: indissolubilis, (f) *Gen. 2, 24.* D.
Matth. 19, 5. sqq. excepto casu adulterii, *Matth.*
l. c. & cap. 5, 32. & malitiosæ desertionis (g) *1. Cor.* P.
7, 15.

(a) *Bajer.* p. 1113. *Gerh.* Isag. p. 1574.
(b) *Bechm.* Theol. Pol. 802. *Eckard.* Pand. Contr. 474. *Dieter.* 163. *Gerh.* Isag. 1416. sq. Aug. Conf. Art. 2. de abus. p. 22. 236. 334. *Bechm.* Ann. in Hutt. 928. *Bechm.* Ann. in Diet. 77. Ej. Inst. 716.
(c) *Tromsd.* Disp. de Soc. Matrim. p. 10. sqq. *Gerh.* Isag. p. 1592. *Bechm.* Inst. 710.
(d) *Baj.* p. 1096. *Tromsd.* Disp. p. 7. *Gerh.* Isag. 1595. *Bechm.* Ann. in Hutt. 920.
(e) *Bajer.* p. 1110. *Gerh.* Isag. 1596.
(f) De Divortio vid. *Gerh.* Isag. 1671. *Bechm.* Inst. 719.
(g) *Bechm.* Th. Pol. 1086. *Budd.* Theol. Moral. P. II. c. 3. Sect. VI. §. 11.

C. 7, 15. juxta divinam institutionem
(h) *Gen. 2, 21. Matth. l. c. Prov. 18, 22. c. 19, 14. 1. Timoth. 4, 1. 3.* ex mutuo utriusque,
D. ac parentum, quorum consensus de necessitate
E. requiritur, (i) *contra Pontif. Exod. 22, 17. Devt. 7, 3. Col. 3, 20.* consensu nata, ad generationem sobolis & mutuum vitæ adjutorium. (k) Est *finis inter-*
P. *medius*, (horsum pertinet quoque fuga sponta-
C. tionis *1. Cor. 7, 2.) Gen. 1, 28. c. 2, 18.* quem sequitur *ultimus*, conservatio Reipubl. & Ecclesiæ. *Officia* Conjugum (l) sunt *vel communia*,
P. nempe conjunctio animorum, *1. Cor. 7, 10. 33. seqq. Eph. 5, 28.* corporum *1. Cor. 7, 3. 1. Thess. 4, 4.* & facultatum, *Eph. 5, 29. vel propria* (α) marito, *Gen. 32, 13. sq. 1. Sam. 30, 3. sq. Eph. 5, 23. 29.* (β) uxori *Prov. 31, 10. seqq. Eph. l. c. Col. 3, 18. 1. Petr. 3, 5. 6.*

S. D. G.

(h) *Gerh.* Isag. p. 1545.
(i) *Gerh.* Isag. 1547. *Bechm.* Th. Pol. 1046. *Bechm.* Inst. 705.
(k) *Bajer.* p. 1114. *Gerh.* Isag. p. 1636.
(l) *Gerh.* Isag. p. 1643. sq.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0164
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0168
DFG

membra crescunt, iisque
1. Cor. III, 21. seq. Eph. I, 23. C.
em, (n) (in qua Forma
nitorum, in quo D.
exclusis reliquis Personis
verbum & Sacra-
iam per media accenden-
fidei; subinde alios
e ecclesiam amplificat *jux-* C.
I, 9. CII, 14. seqq. alios,
sitos, sanctificat, Ef.
I. IV, 27. ad corporis
nbrorum singulo-
nem, (p) Eph. IV, 12. 16.
lterum, 1. Cor. XII, 4 sqq. P.
X, 25. & salutem, Eph.
2. seqq.
utis & distinctionibus
ccleſiæ.
a, *juxta Symb. Nicænum*, D.
m absolute Rom. XII, 5.
1 2 Eph.
Bechm. Inst. 567.
5.
Dieter. 452. Bechm. Inst. 581.
utt. 667. Fj. Ann. in Diet. 241.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1047367793/phys_0169
DFG